De tutela elect. Polat.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DE LEGITIMA
TVTELA CVRAQ.
ELECTORALI
PALATINA,

Ex integro ad Auream CAROLI IIII. Imp. Bullam Commentario MARQVARDI FREHERI, deſumtus locus.

Coll. Rom. Soc. Inſcr. C. Inj. B. S.

Editio ſecunda, priore multo locupletior. In qua præter CAROLINA *quædam diplomata, etiam verba Bullæ* SIGISMVNDI *Germanicæ, hucpertinentia, ex Archetypis bona ſide repræſentantur.*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HEIDELBERGÆ,
Typis GOTTHARDI VOEGELINI.

MDCXI.

Digitized by Google

SERENISSIMO ET EXCELLENTISSIMO PRINCIPI, DOMINO IOHANNI, Palatino-Comiti ad Rhenum, & Electoralis Palatinatus Adminiſtratori, Duci Boiariæ &c. Comiti in Veldentz & Spanheim &c. Domino meo longè clementiſſimo.

Q*VVM manum tandem de iſta tabula removiſſem, ſatis quidem ægrè, & non pauca aliò reſervans; proximum fuit, ut & more recepto de Patrono circumſpicerem, & more meo de tali, cui decenter hoc quidquid eſt inſcriberetur. Cui ergo potiùs quàm tibi, Domine clementiſſime, id quod ad cauſam tuam propriè & unicè pertinet? Neq;*

Digitized by Google

verò fuerit & mihi diutius ceſſandum, quin eximio tuo honori, & divinitùs delato, qua poſſum ratione, reverenter eam gratulatum. Ita enim libet vocare graviſſimi oneris functionem, quam non tam defuncti Principis-Electoris laudatiſſimi certum judicium & fiducia, non amicorum ſuaſus & conſilium, non provinciæ huius Rhenanæ commune votum, non ipſius Sereniſſimi Friderici V. Electoris ſingularis in te velut alterum parentem affectus (quæ omnia ut ſunt magna, ita ſimul manifeſtiſſima) non magni denique Cæſaris repetita approbatio, tibi commiſerunt; quàm ipſius ſupremi Numinis nutus, & paterna rerum noſtrarum cura, humeris tuis impoſuiſſe credenda eſt. Etſi verò in iſto, de quo heic agitur, cardine cauſa jam quoque tua vertitur: patieris tamen, qui eſt Heroicus tuus animus ab omni aſſentationis ſpecie abhorrens, ingenuè me profiteri, ne in tuam quidem præcipuè gratiam (cui tamen omnia & debere agnoſco, et præſtare ſtudeo) eſſe iſtam commentationem à me ſuſceptam: uti neque eam imperaſti, neque de edendi conſilio quidquam inauditum ante habuiſti quàm editum à me acciperes, & oculis

prius quàm

Digitized by Google

prius quàm auribus novum opus uſurpaſti. Quid ergo? Cùm me ſtudiorum meorum quaſi filum ad Leges Curiatas, in eis ad Bullam Carolinam, in ea porrò ad locum de Tutela iſtum deduxiſſet; ibi tum me (quod unum eſt in omnibus propoſitum) nullo partium reſpectu, ac ſi ne quidem controverſia illa in medio foret, ſoli Veritati & Iuſtitiæ litare voluiſſe, nihil aut gratiæ aut invidiæ dantem (quarum cauſas procul habeo) ſimplici Commentatoris probi officio defunctum; quod eſt, mentem ſenſumque Legiſlatoris omnibus veſtigiis perſequi, & repertum perſpicuè liberéque exponere: cavere interea, & ceu Lydio lapide adhibito oculos aureſque conſulere ſollicitè, ne qua interpretationis exterior tinctura imponat, néve

Bulla ſubærato mendoſum tinniat auro.

In quo ſi quid aſſecutus ſum, ſi Veri aliquam ſcintillam & ſtricturam velut è ſilice elicui; neque illud meæ aut induſtriæ aut felicitati tribui cupio, ſed iis potiſſimùm, quæ tuo conceſſu éque tua penu habui, adminiculis minimè vulgaribus. Nam Carolina conferens cum Sigiſmundinis, & hæc Regia cum Cæſareis, iterumq; La-

tina cum Germanicis, & in his Alemanica cum Saxonicis; & omnia hæc non tantum cum jure Romano veteri comparans, ſed & cum tota ſui temporis hiſtoria ad amuſsim exigens, non pœnitenda quædam hinc inde obſervaſſe & eruiſſe videor: quæ pro meo in Rempublicam perpetuo ſtudio libenter en publici juris facio, uti meritò eſſe debent. Ita enim apparebit, & præter vitii puram poſſeſsionem te juſtiſsimâ cauſa niti, & omnis deinceps omnibus errandi occaſio adimetur. Quo ſanè nomine etiam apud cæteros tuæ gentis Principes illuſtriſsimos (quos omnes compertæ mihi clementiæ causâ, pari animi cultu & veneratione proſequor) ob navatam in gentilitia veſtra Lege enucleanda fidelem operam, aliquam gratiæ partem me initurum, ſperare fas videtur. Qualiacunq; quidem tuo patrocinio, Princeps clementiſsime, ut auctorem ipſum, quæſo complectaris; dum meliora, & ad domum itidem veſtram propritim pertinentia (Deo bene juvante) mox producam. Eſt enim in parato ORIGINVM *Pars ecunda, eſt vita* RVPERTI *Regis optimi, communis veſtri ſtipitis, non tralaticiè deſcripta, ſunt alia; quæ fidem facere poterunt, quantopere*

mihi ſit

mihi ſit cordi, non tantùm in eo quo me auctoratum habes, munere fidem inſigniter liberare, ſed partem etiam vitæ ſecretiorem & propriè meam, ſtudia inquam mea, ſecundùm Deum veſtro honori & beneplacito potiſsimùm impendere. Quod ſupereſt, Deum veneror & ſupplex oro, ut præſidio ſuo te tueatur, ſpiritu regat, numine fortunet: & ut hanc gubernationem tuam pupillis tuis utilem, provinciæ commodam, tibi glorioſam, Eccleſiæ denique & Reipublicæ ſalutarem eſſe velit. Dat. Heidelbergæ Kal. Septembr. Anno Meſsiæ Regis nati MDCXI.

Sereniſs. Celſit. T.

devotiſsimus

MARQVARDVS FREHERVS.

Lectori Benevolo S.

Non ſemel rogatus ab amicis, quibus nihil fas puto negare, ut de vexatiſſima iſta quæſtione & acerrimis hinc inde calamis agitata, ſententiam etiam meam exponerem, non ut aliquando à me factum ἐν παρόδῳ, ſed ſeriam, meditatam, & argumentis ſuis fundatam; etſi non eſſe eam tanti facile ipſe agnoſco, parui tamen eatenus non ægrè, ut quæ ſuper ea ad ipſum fontem, Chryſobullam dico Carolinam, in fuſiſſimis quos paratos habeo Commentariis, inter alia annotavi, inde velut præcerpta ſeparatim exhiberi paterer. Sunt enim merè in rem ſcripta, nec alio quàm veri æquiq; illuſtrandi ſtudio (quo teneri debemus omnes boni) vt propria mea ſponte, ita ex animi ſententiâ liberrimè dictata. In quo ipſo ut ſtatuendi aut judicandi partes mihi neutiquam ſumo; ita exiſtimandi aut conjectandi, citra cuiuſquam offenſam, ſuper jure publico in libera Rep. facultatem liberam eſſe confido. Quod autem olim juvenis de eadem re non tam cauſæ ſerviens, quàm potius extra oleas calore diſputandi evagatus, ex pervulgato tum errore nec niſi obiter aſperſi; idem nunc ſenior, caſu eo emergente, re melius perpenſâ (quid enim non diem dies docet?) converſo ſtylo induco. Et qui in omni lucubrationum genere non alium magis quàm veritatis & publicæ utilitatis ſcopum ſemper propoſitum habui; hac etiam parte δευτέρας φροντίδας meas apud æquos Lectores prævalere meo quodam jure volo, idque adeo ab utrique parti addictis peramanter contendo. Vale. Heidelbergæ, X Maij M D C XI.

Digitized by Google

OCCASIO ET CAVSA

LEGIS CONDENDÆ.

LVDOVICO Bavaro ad Imperium evecto, frater eius natu major RVDOLFVS Elector Palatinus, quod in Comitiis Friderico Auſtrio ſuffragatus eſſet, of- MCCCXIIII.
fenſam fratris fugiens, quinto poſt anno voluntarius exul deceſſit: relictis è Mechtilde Adolffi Naſſovii Regis Rom. F. tribus filiis, Adolfo, Rudolfo, & Ruperto. MCCCXIX. *ubi id notat Rebdorf. noſter.* Eos Ludovicus Imp. tutela & patrocinio ſuo ſuſceptos, comiter ſatis habuit, donec adoleverunt, & Palatinatum eis reſtituit. Adolfum primogenitum fuiſſe (in quo aliqui etiam veterum falluntur) certò conſtat. *Andr. Ratiſpon. Chron. Bavar. p. 77.* Virum etiam minimè ignavum & ſocordem (ut vulgo audit) arguit, quod cum Ludovico ipſo bellicoſiſſimo principe arma non ſemel conſeruit, do-

**

Digitized by Google

nec interventu Friderici Auſtrii eiuſque fratris Leopoldi, compoſitio & diviſio liquida
MCCCXXVI. inter eos facta. Poſt quam anno inſecuto deceſſit: relicto unico ex Irmingarde Comitiſſa Oetingenſi filio Ruperto, qui quidem modò patrui Ruperti reſpectu IVNIOR, modo etiam filii ſui cognominis SENIOR dictus. Sed eo neglecto & ſub tutelâ retento, Rudolfus patruus Palatinatum & Electoratum tenuit, non ſub ſpecie tutelæ (ut aliqui putarunt) ſed ſuo proprioque jure: ita volente & ordinante ipſo Ludovico Cæſare, eiuſque filio Ludovico Romano tunc Marchione Brandeburgenſe. qui Cæſar ſuper hac re *Ordinationem & tractatum inter Palatinos Rheni* (ut Iohannes
A. Rex Bohemiæ diplomate quodam atteſta-
MCCCXXXIX. tur) edidit, & in hac re conſtituenda non aliam quàm ætatis rationem habuiſſe videtur.
**alii, Anna.* Illi Rudolfo unica filia fuit Hagnes * Carolo Bohemiæ & poſtea Romanorum Regi eo nomine IIII. nupta, magnæ arctæque inter illum & Palatinos conjunctionis cauſa. Ruperto fratri nulli liberi, præter naturalem filium unum, Anſelmum dominum in Hemſpach;

Herr Anſelm Ritter von Bayrn.

ſpach; quæ poſſeſſio eo mortuo ad Rupertum recidit. Rudolfus re non male geſta, & acceptis à Carolo Cæſ. non parvis ad augendam rem Palatinam favoribus, ubi deceſſit orbus, MCCCLIII. frater Rupertus à barba RVFVS, & ad differentiam cognominis ſui ex Adolfo nepotis PRÆSENIOR dictus, cum eo ditionis partitionem utcunque eodem anno fecit, Electoratum & ad eum ſpectantia ſibi dum vixit retinuit: eo etiam ſpacio, quod exceſſum Ludovici Cæſ. & Caroli IIII. inaugurationem MCCCXLVII. interceſſit, Vicariatum Imperii geſſit. Neq; hoc ſine auctoritate ipſius Caroli Imp. qui ut ante Ludovicus in Rudolfo, ita ipſe in Ruperto ætatem potiſſimùm inſpexiſſe videtur, & hanc rationem in diplomate quodam dato Columbariæ non obſcurè tangit; *Quia*, MCCCLIIII. inquit, *quondam illuſtris Rudolfus Comes Palatinus fuit Elector, & pari jure cum cæteris Electoribus habitus, idque jus unicè propter Palatinatum habuit, ut alius: iſte autem Rupertus ſenior natu maximus eſt inter omnes Palatinatus heredes, Rudolfi prædicti frater & heres, eiusque ditiones dominia & populi in ipſum reciderunt unà* B.

cum Electoratu &c. Neque etiam ſine con-
ſenſu cæterorum Electorum omnium, Gerla-
ci Moguntinenſis, Boemundi Treverenſis,
Wilhelmi Colonienſis Archiepiſcoporum,
Rudolfi Saxoniæ Ducis, Ludovici Romani
Marchionis Brandeburgici: qui & totidem
C. diplomata Carolino conſona ſuper hac re edi-
derunt. Neque denique adeo invito & repu-
gnante ipſo Ruperto juniore Adolfi F. qui
forte ut ætate ita viribus inferiorem ſe agno-
vit, & certo jure quo primogenituræ paternæ
prærogativam tueretur, adhuc eo tempore
deſtituebatur. Cum quidem potius invaluiſ-
„ ſet jus tale, ut qui Palatinatum Rheni poſſi-
„ deret, idem etiam Elector Imperii audiret &
MCCCLVI. *Cap. 20. De vnione principat.* eſſet: quod eſt poſtea lege Carolina diſertè
confirmatum, et XXV. poſt annis ſub no-
mine etiam Vrbani VI. Papæ, ad inſtantiam
ipſorum Rupertorum, per Pileum quendam
MCCCLXXXI. tit. S. Praxedis Cardinalem Sedis Rom. in
Germania Nuncium, iterum confirmatum.
Et memorabilis eſt inprimis pactio inter Ru-
pertos præſeniorem & medium eodem (niſi
quod ſex menſium ſpacium interceſſit) quo

Bulla

Bulla, anno & loco inita, & ab ipſo Cæs. MCCCLVI. *Norìberga die S. Iohan.* D.
Carolo confirmata; qua de mutua inter illos & ſucceſſione & tutela cautum: ita tamen ut jus in Electoratu (quippe lege publica, de primogeniti non minus lineâ quàm perſona perpetuò præferenda, jam à ſemeſtri extante) liberis ſuis non obſcurè reſervare hic videretur. Quamvis fuit ea cautio ſupervacua, cum decedente poſtea ſine prole Ruperto illo ſene, MCCCXC. Rupertus junior in omne jus rei Palatinæ ſolus ſucceſſerit.

Fuit Ruperto huic filius cumprimis nobili indole, itidem Rupertus, ad diſcrimen patris ea tempeſtate IVNIOR & IVVENIS, à moribus CLEMENS dictus: qui & poſtea patre mortuo univerſum Palatinatum ſolus tenuit, MCCCXCVIII. & inſuper Wenceſlao abrogato Rex Romanorum legitimè electus eſt. MCCCC. Et hi ſunt tres illi tam celebres Ruperti, *Præſenior, Senior* & *Iunior*. Quibus acceſſit & quartus, Clementis filius, ad diſcrimen trium illorum INFANS, & aliàs PIPAN dictus: qui cum ei deſponſata eſſet Catharina Caroli Galliæ Regis filia, MCCCLXXII. è bello ſacro redux vivo patre juvenis deceſſit.

Digitized by Google

OCCASIO

Ruperto Rege defuncto in Electoratu ſucceſſit Ludovicus, cum fratribus Iohanne, Stephano, Ottone cæterâ ditione diviſa. Huic cum ſubinde ob animum verſaretur avi ſui exemplum, cui ſors naſcendi ſua & primogenituræ jus eximium nihil profeciſſet, prærepto à patruis Electoratu; ne idem filiis ſuis à fratribus ſuis aliquando contingeret, utque poſteris ſuis ſucceſſionem tanti Principatus certis & recentibus legibus confirmatam relinqueret; non tantum teſtamentum meditatiſſimum inter liberos ſuos ſuper ſucceſſione non minus quàm tutelâ (quam quidem, poſtpoſitis neſcio qua diffidentiæ causâ Iohanne & Stephano, natu minimo fratri Ottoni Moſbacenſi ſingulari affectu ductus demandavit) ſolenniter condidit, & iterum iterumque repetiit; ſed etiam Bullæ Carolinæ, quoad iſtam conditionem primogenituræ, Declarationem ampliorem & Confirmationem à Cæs. Sigiſmundo Caroli F. petiit, & ab eodem (utpote cognato ſuo, & quem ipſe in Electione ſuffragio ſuo juviſſet) binâ vice, tam Regni quàm Imperii ſuſcepti anno facilè obtinuit:

MCCCCX. MCCCCXIII. MCCCCXXVI. *& ſeq.* MCCCCXIV. MCCCCXXXIII.

obtinuit: utroque ſermone Latino & Teutonico (qui tamen ex illo verſione κατὰ πόδας minus libera lepidaque expreſſus videtur) in membranis perſcriptam, & prægrandi ſignaculo aureo appenſo communitam.

In hac igitur Bulla, quæ veluti paraphraſis eſt aut exegeſis quædam illius capitis Carolinæ, *De ſucceſſione Principum*, principale eſt quod de certa & perpetuò duratura ſucceſſione Electoratuum ordinatur, & quod tandem in hoc caſu deciſâ veteri & graviſſima illa eo ævo quæſtione, INTER PATRVVM ET NEPOTEM, primogenituræ ſuus honos & eximia prærogativa ſancitur. Quod porrò de Tutela adiicitur, manifeſtiſſimum eſt quo pertineat: non ſcilicet ut Electoribus de ea teſtandi facultas adimatur (quid enim magis adverſum, & planè intolerabile Ludovico Pal. impetratori Bullæ, et jam de tutela ſua teſtato, eſſe poterat?) ſed ut deinceps in caſu etiam inteſtati ſemper certus extra controverſiam Tutor curatorque eſſet, iſque vitandæ diſcordiæ causâ unicus. Deinde ut noſſet etiam il-

iam ille, ſive à teſtatore vel patre ſive à IVRE vocatus tutor, quouſque & quamdiu adminiſtrationem gerere, & quo termino eam ex fide reſignare, & ſalvam rem juveni Electori reſtituere debeat. Qua in parte præter multa novè & ſingulariter conſtituta (ut ſuo loco docebitur) προθεσμία & definitio juſtæ ætatis in Electoris perſona peculiaris, & vulgatâ aliquammultis annis contractior, novâ lege inducitur.

A. CAROLVS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, notum facimus univerſis, quod conſtitutus in noſtra præſentia illuſtris Rupertus ſenior Comes Palatinus Rheni, ſacri Imperii archidapifer & Dux Bavariæ, ſororius & Princeps noſter dilectus, nobis quaſdam literas claræ memoriæ illuſtris Iohannis quondam Bohemiæ Regis, genitoris noſtri dilecti, curavit oſtendere, ut de tenore ipſarum dignaremur teſtimonium perhibere. Quarum tenor ſequitur in hæc verba.* NOS IOHANNES *Dei gratia Bohemiæ Rex ac Lucenburgenſis Comes, notum eſſe volumus tenore præſentium univerſis,*

verſis, nos vidiſſe & plenè perlegiſſe literas Sereniſſimi principis, domini Ludovici Romanorum Imperatoris, & domini Ludovici Marchionis Brandenburgenſis, continentes ordinationem & tractatum de Comitibus Palatinis Rheni, quis ipſorum jus ſeu vocem electionis in Romano Imperio ſeu Rege Romanorum quamprimùm eligendo habere meritò deberet. Ex quibus ſiquidem literis prædictis liquidè apparet, excellenti principi Domino Rudolfo Comiti Palatino Reni ac Duci Bavariæ, quamprimùm opportunitas ad hoc ſe offeret ut Romanorum Rex eligi deberet, competere jus & vocem in electione duntaxat, & nulli alteri perſonæ. Eo igitur per dictum dominum Rudolfum ſupplicatum nobis extitit, ut ordinationi præfatæ in prædictis literis contentæ noſtrum præbere vellemus conſenſum benivolum & aſſenſum. Nos itaque, tanquam is ad quem hoc de jure, ſicut ad Principem & Electorem Imperii, ſpectare dinoſcitur, ſupplicationibus prædicti Domini Ducis annuere cupientes, præfatam ordinationem factam per literas prædictas ratificamus, & noſtrum ei præbemus conſenſum, aſſertionem & aſſenſum expreſſum, recognoſcentes ipſum in prima electione

Digitized by Google

futuri Regis Romanorum eligendi facienda habere vocem eligendi, tanquam Principem & noſtrum in ipſa electione coelectorem, harum noſtrarum teſtimonio literarum. Datum Franckfurt quinta feria proxima ante diem Palmarum, anno Domini MCCCXXXIX. *Nos igitur ad univerſorum noticiam volumus pervenire, quod easdem literas ſub propriis figuris & elementis, & ſub ſigillo majori conſueto dicti genitoris noſtri in vera figura ſigillatas vidimus, & de veritate & integritate ipſarum teſtimonium perhibemus, præſentium ſub noſtro Sigillo teſtimonio literarum, Datum in Keyſerſperg anno Domini* MCCCLIIII. XI. *Kalend. Iunii. Regnorum noſtrorum anno octavo.*

KAROLVS DEI GRATIA ROMANORVM REX SEMPER AVguſtus, & Bohemiæ Rex,

RVDOLPHO *Saxoniæ Duci* &c.

B. PRINCEPS *& avuncule dilecte, literas felicis recordationis illuſtris Iohannis olim Bohemiæ regis genitoris noſtri cariſſimi, vero ſuo ſigillo pen-*

denti

Digitized by Google

denti ſigillatas vidimus expreſsè continentes, quod felicis recordationis illuſtris Rudolffus olim Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ, princeps & ſocer noſter dilectus, ratione dicti Comitatus ſacri Imperii eſſet Elector, & ex eo juſtitia ſuadente rationabiliter declaravimus, illuſtrem Rupertum antiquiorem Comitem Palatinum Rheni & Ducem Bavariæ, ſororium & principem noſtrum dilectum, dicti olim Rudolffi ſoceri noſtri germanum, verum Imperii principem Electorem fore, et unà cum aliis ſacri Imperii principibus Electoribus veram eligendi vocem Romanorum Regem in Imperatorem promovendum habere, prout in littera noſtro ſub appreſſo ſigillo ſigillata præmiſſa ſingula lucidiùs contineri videbis. Et quia præſcripta rationem ſapiunt, Dilectionem tuam attento ſtudio requirimus, exhortamur, ut ſuper eadem materia literas tuo ſub ſigillo ſigillatas præfato Ruperto principi noſtro juxta formam notulæ, quam tibi præſentibus mittimus intercluſam, in qua nil aliud continetur, quàm in noſtra littera eſt expreſſum, eo dumtaxat excepto, quod nos ſub certis modo & forma, & tua Dilectio ſub aliis, loquimur, prout convenit, velis exhibere. Da-

tum Oppenheim, anno Domini MCCCLIIII. *feria tertia proxima poſt aſcenſionem Domini noſtri, regnorum noſtrorum anno octavo.*

B. WIr Karl von Gots gnade Romiſcher Küng / zu allen ziten mehrer deß Richs vnd Künig zue Beheim / Veriehen vnd thun kunt offenlich mit dieſem briefe allen den die in ſehen oder horent leſen / Wanne ſeliger gedächtniße der Hochgeborne Johans / etwenne Künig zue Beheim / vnſer lieber Vatter noch guten briefen vnd wißentlichen Vrkunden ander Kurfürſten deß heiligen Richs ſich erkennet hat / in ſinem offen briuen / die wir geſehen haben vnd wol vernummen / Daß der Hochgebohrne Rudolf etwenne Pfallentzgraue bi Rin vnd Hertzoge zu Beyern / vnſer Schwecher / ein Kurfürſte geweſen ſy / vnd mit dem obgenanten vnſerm Vattern vnd mit andern Kurfürſten / gliches Recht gehapt hab / an der wal vnd kur eines Romiſchen Küniges / eines zukünfftigen Keiſers / alß offt alß es zu ſulchen ſchulden küme / vnd daß derſelbe vnſer Schwecher ſulches Recht von wegen der Pfallentz / alleine gehapt hat / vnd niemand anders / Do von ſintdemal daß der Hochgeborne Ruprecht der elter / Pfaltzgraue bi Rin / deß heiligen Richs Oberſter Truchſeße vnd Hertzoge in Beyern / vnſer lieber Schwager / nu der eldeſt iſt vnder allen erben der Pfallentz

lentz / vnd deß egenanten Hertzogen Rudolfs vnſers Schwehers Bruder vnd neheſter erbe geweſen iſt / vnd ſyne Lant vnd erbe mit der Kur vnd manſchaft der Pfallentz vf in ordenlichen veruallen ſint. So haben wir vns betrachtet mit Rate vnd wiſſen der Fürſten deß heiligen Richs / vnd derkennen vns vnd lütern daß mit Romiſcher Küniglicher mechte Vollenkomenheit / daß der egenant Hertzog Ruprecht der elter ein rechter Kurfürſte iſt / vnd daß er vnd niemand anders Recht hat vnd haben ſol an der wal vnd kur eines Römiſchen Küniges eines künftigen Keiſers / als oft daß noth geſchicht / Vnd deß zu Vrkunde / geben wir dieſen brief verſigelten mit vnſerm Küniglichen Inſigel / Der geben iſt zu Colmar nach Chriſtus geburte Driezehenhundert iar / vnd darnach in dem vier vnd funfzigſten iare/an dem heiligen Vffart tage/ in dem Achten iare vnſer Riche.

Digitized by Google

Occasio

C. NOs KAROLVS *Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex recognoſcimus publicè per præſentes, & notificamus cunctis ipſam intuentibus ſeu legi audientibus, quòd nos cum omnibus principibus Electoribus Eccleſiaſticis & Sæcularibus, & ipſi nobiſcum voluntate communi & unanimiter in Imperiali noſtra Curia Nurenbergæ deliberavimus & concordavimus, & cum jure & ſententia invenimus; invenimus, declaramus & pronunciamus pro jure, tanquam Rex Bohemiæ, ſacri Imperii Romani archipincerna & Coelector præfatorum principum; Ex quo magnificus Rupertus ſenior Comes Palatinus Rheni, ſacri Romani Imperii archidapifer Dux Bavariæ, eſt in poſſeſſione vocis & electionis, in electione Romanorum Regis futuri Imperatoris, & etiam in poſſeſſione & dominio ſeu uſu habet principatum Palatinatus, archidapiferiam, terras, vaſallagia, cum omnibus pertinentiis, ſuper quibus electio & vox Comitatus Palatini Rheni fundata eſt, ſicut hoc nobis & omnibus Principibus præfatis & cuilibet liquidum eſt & notum, ſine hæſitatione quacunque; quod meritò dictus Rupertus admittendus eſt, & nos ipſum*

nos ipſum de jure admiſimus & admittere volumus & debemus, ad quaslibet cauſas & ad omnia facta, quæ nos & antefati noſtri Coelectores tractabimus vel faciemus pro honore et utilitate S. Romani Imperii & eius fideliũ ſubditorũ, omnimodè ſicut de jure & de honeſta laudabili conſuetudine Comes Palatinus Rheni archidapifer ſacri Imperii & princeps Elector meritò admitti debet. Etiam invenimus & pronuntiamus tanquam jus & pro jure, ſi ita contingeret quod aliquis antedictum Ducem Rupertum pro eisdem electione & voce electionis Romani Regis futuri Imperatoris impetere vellet, quod huiuſmodi impetitionem facere non poſſet nec deberet, niſi prius impeteret principatum & terras prænarrati Palatinatus, Archidapiferiam ſeu officium dapiferiæ, vaſallagia, & quidquid ad huiuſmodi Palatinatum pertinet, & eam obtineat, ſicut juris eſt. Quia nos cum jure & per ſententiam invenimus, quod electio & vox ſuper principatum & ſuper terras Palatinatus, et ſuper Archidapiferiam taliter fundatæ ſunt, quod unum ſine alio perſiſtere non poteſt. Sed oportet ea ſimul in omni impetitione tam in damno quàm in lucro inſeparabiliter permanere. Harum te-

rum teſtimonio literarum, noſtro Imperiali Sigillo ſigillatarum. Datum Nurmbergiæ, anno Domini MCCCLVI. *quinta feria poſt Epiphanias Domini, regnorum noſtrorum anno decimo, Imperii verò primo.*

Simili per omnia tenore literas ſuas ediderunt Electores.

Nos GERLACVS D. g. archiepiſc. Mogunt.
BEYMVNDVS D. g. archiepiſc. Trevirenſ.
WILHELMVS D. g. archiepiſc. Colonienſ.
RVDOLPHVS D. g. Dux Saxoniæ junior &c.
LVDOVICVS qui nuncupatur Romanus, Marchio Brandenb.

D. WJr Karl von Gottes gnaden Römiſcher Keyſer / zu allen zeiten merer dez Richs / vnd Künig zu Beheim / Bekennen / vnd tun kunt offenlich mit diſem brife / allen den die in ſehent oder hörent leſen. Allein tzwiſchen den hochgeborn Ruprechten dem eltern Pfallentzgrafen bie Rin dez heiligen Richs Obirſter Truchſezze / vnd Hertzogen in Beyern / vnſerm lieben Schweger / vnd Fürſten an einem teil / vnd Ruprechten dem Jüngern ouch Pfallentzgrafen bie Rin / vnd Hertzogen in Beyern ſinez brudir ſun an dem andern / etzliche tzweiunge / krige vnd vflouff geweſen

weſen ſin / vmb die ſtimme vnd kure an der wal einez Römiſchen Königes / eines künftigen Keiſers. Doch hat der egeñ Ruprecht der Jünger mit gutem willen / vnd mit wolbedachtem mute / für vns vnd allen Kurfürſten dez heiligen Richs / geiſtlichen / vnd wertlichen / ſich dez erkennet / das er dem egeñ ſinem Vetter / der egeñ ſtimme vnd kure an der wale einez Römiſchen Königez / eines künftigen Keiſers / wol gan / vnd gunnen wil / diewile der egeñ ſin Veter lebt / Vnd iſt ſine meynunge / das der egeñ ſin Veter Ruprecht der Elter / vnd nimant anders von wegen der Pfallentz ein Korfürſte gehaldin werden ſulle / In ſulcher beſcheidinheit / Wer das ſache / das der obgeñ hertzoge Ruprecht der Elter an Lehens erben ſtürbe / daz denne Fürſtentume / Lande / Lüte / manſchefte / vnd alle zugehörunge in der Pfallentz / vnd in Beyrn / mit ſambt der ſtimme vnd der kure an der wale eines Römiſchen Königes / eines künftigen Keiſers / vnd allen andern ſachen / die einem Kurfürſten dez Richs / von ſiner Wirdikeit berüren / vnd ovch andern wirden / eren / vnd ovch nutzen / wie man die benennet / vf den egeñ hertzogen Ruprechten den Jüngern / vnd ſine eelichen erben ledielich vnd vngehindert vallen ſüllen. Vnd dazſelbe ſol ovch hinwider geſchehen dem vorgeñ hertzogen Ruprechten dem eltern / vnd ſinen erben / Ob der egeñ hertzoge Ruprecht der Jünger an lehens erbin ſtürbe. Wer ovch das der egeñ hertzog Ruprecht

Digitized by Google

der Elter ſtürbe / vnd lehens erbin lizze / ſo ſol der egeñ hertzog Ruprecht der Jünger/odir ſines lehens erben / vmb die egeñ ſtimme vnd kure an iren rechten ſten / glicherwiz als vf diſen hütigen tag/ Vnd ſal in ſulche gewere / alß hertzog Ruprecht der elter ſin vetter herbracht hat / vnd noch hat / keinen ſchaden bringen / an geuerde / Och mit ſulchem vnderſcheide/wer das ſache / das ir einer alſo verſchide / das er lehens erbin lizze / die ire iare nicht hetten / So ſol der ander deſelben Erben vormunde ſin in allen ſachen/ wie die genant ſin / vntz an die zit das ſie mündig werdin / vnd binamen an der obgeñ Kure / vntz an die zit das der eldeſte vz denſelben erbin achtzehenierig werde / Wanne wir dieſelben iare zu der Kure zu einem elichem mündigem alter gemachet haben / mit volkinkomenheit vnſers Keiſerlichen gewaldes / vnſchedelichen doch in beiden/ vnd ir beider erben an iren rechten. Wenne aber der ſelbe elter Svn achtzehen iar alt wirdet / zuhant ſol im der ſelbe formunde allie lande / herſchefte / wirdekeit / eren / vnd ander rechten / nützen / vnd zu gehörungen / die er alz ein Vormunde ingenumen hat / an alle widerrede fürzog oder hindernizze abtretten / vnd im die inantwurten an geuerde. Vnd alle die obgeñ ding beſtetigen vnd confirmiren wir in vnd iren Erbin mit Keiſerlicher macht / vnd von ſunderlichen gnaden. Mit vrkund diez brifes verſigelt mit vnſir Keiſerlichen maieſtet Inſigel. Der geben iſt zv Nürnberg

Digitized by Google

berg nach Griſtus geburt Dritzehenhundirt jare / darnach in dem ſechs vnd fünfftzigiſte jare / an Sand Johannes dez heiligen Evangeliſten tage / Vnſer Riche in dem zehenden / vnd dez Keiſertumbs in dem erſten jare.

Et hæc quidem illuſtrandæ rei documenta ex Archeivis depromta exhibere voluimus. In quibus quod tam operoſè & anxiè cautum videmus, *Vt poſſeſſorem Palatinatus Rheni ſemper Electoratus dignitas ſequatur, non alium*; quo pertineat, operæprecium inſuper fuerit obſervare. Non enim hæc cautio inter ipſos tres Rupertos neceſſaria erat, quibus benè ſatis cõveniebat, & de futura inter ſe ſucceſſione jam certa pacta conventa habebant, & ſua negocia ferè coniunctim agebant, apud Cæſarem, Principes, Pontificem. Et fuit quum ad Papam Vrbanum VI. in hæc verba referrent: *Quot & quantis ſit plena periculis S. Romani Imperii prolixa vacatio, attenta præſertim Alemaniæ conſuetudine patriæ, ſecundum quam in nonnullis partibus non ſolum primogeniti, imò & alii etiam tertiogeniti, ſeu à late-* MCCCCXXXI.

Digitized by Google

re deſcendentes, ſe Comites Palatinos Rheni, ſeu Duces Saxoniæ, vel Marchiones Brandeburgenſes, & ELECTORES S. Imperii vulgariter nominantes, poſſent ex nominatione huiuſmodi ſe poſtea ad vocem Romani Regis electione jus habere prætendere, numerumq; Principum Electorum, qui ſeptenario concludi debet, multiplicare. Quæ querela de ipſis intelligi non poteſt, qui erant omnes primogeniti Rudolfi ſanguis & poſteritas, & inter ſe (ut dixi) benè concordabant: ſed magis de Ludovici Bavari Imp. filiis aut deſcendentibus, quod & hi ad Electoratum aliquid prætenderent. Cuius rei evidens exemplum apparet apud Aventinum, ubi Conventum Imperii Principum cõtra Iohannem XXII. Papam coactum refert ſuis verbis, *in pomario vici Rhenoſei in ripa Rheni amnis, ubi fere VII viri Cæſariani Electores convenire, atq; de ſummis Imperii rebus colloqui ſolent:* et in Electorum numero referũtur, *Rudolphus, Ruperti duo, & Stephanus, præfecti prætorio Rheni, cùm nondum decretum foret, quiſnam eorum Comitiis Cæſareis ſuffragium ferret.* Neque enim iſte STEPHANVS de alio quàm Ludovici F. dicto Lands-

Lib. VII. fol. 621.

MCCCXXVIII. *apud Renſe.*

ĉto Landshutenſi, aut eius filio Stephano Ingolſtadienſi, qui tunc vixere, accipi poteſt. Et ſanè, ſi verum eſt quod Boiorum Livius annotavit, à Ludovico in diviſione cum Rudolfi filiis Papiæ inita, ſignanter fuiſſe adiectum: *Quod primam electionem Romanorum Regis deberent habere Principes à Rudolpho deſcendentes, alteram verò Principes à Ludovico Imp. manantes; & hæc alternatio inter ipſos & eorum heredes perpetuis temporibus durare*: quod quidem & Aventinus claris verbis confirmat: manifeſtum eſt, quamobrem defuncto Rudolfo illo Rudolfi F. frater eius Rupertus (præſenior dictus) tantopere laborare neceſſe habuerit, pro Declaratione à Cæſare Carolo IIII. & cæteris Coelectoribus ſuis impetranda, *Quod ſibi Ruperto, utpote Rudolfi heredi, & Palatinatus poſſeſſori unico & natu maximo, jus Electoratus competat*. Quare etiam poſtea Ruperti inter ſe (ut dictum) tam ſollicitè & de ſucceſſione & tutela pactiones inierint, & à Cæſare cõfirmari voluerint. Quare hanc legem, *Vt nonniſi Palatinatus Rheni poſſeſſorẽ jus Electoratus ſequatur*, & à Cæſare Carolo IIII.

Chron. Bavar. p. 28.

MCCCXXVIIII. *feria* VI. *ante Oſvaldi.*

Lib. VII. *fol.* 603.

Digitized by Google

ferri, & à Pontifice Vrbano VI. (pro eius ævi ſuperſtitione) confirmari procuraverint. Quare denique Ruperti Regis filius Ludovicus, apud Sigiſmundum Regem & Imp. in utraque Bullâ ſcribenda, proſapiam ſuam à Rupertis illis Palatinis & Electoribus rectâ lineâ venientem tam ambitiosè repetierit, ſibique ut Palatinatus Rhenenſis poſſeſſori & heredi, & poſt ſe liberis ſuis Electoratum confirmari & continuari obtinuerit. Quæ omnia nimirum eo tendebant, ut quamdiu illa Rudolfi & Rupertorum progenies duraret, Ludovicianis neque ad ſucceſſionem Electoratus, neque etiam tutelam legitimam ullus eſſet acceſſus. Neque verò ad hoc conficiendum quidquam efficacius inveniri potuit, quàm inductum adeo expreſsè jus illud eximium Primogenituræ, ut (velut obliterato
" jam tacitè pacto illo Alternationis) deinceps
" nonniſi ſecundùm ordinem illum (quem vo-
" cant) *genituræ è linea paternali*, Electoratus &
" Tutela perpetuò procederet & devolveretur.
Ita enim ſemel initio facto (& quidem ipſius Ludovici Cæſ. voluntate) in Rudolfi linea; pericu-

periculum non fuit, quamdiu ea ſtirps fatis volentibus ſupereſſet, ne unquam Ludovicianis rima ad ſucceſſionem tutelamve pateret. Quod aliàs facilè contingere potuiſſet, ſi ætatis magis quàm genituræ illius ratio habenda manſiſſet.

Vt autem in familia Palatina ex iſta novâ lege Tutela ſuam certam formam accepit & retinuit; ita in Bavarica obſervamus circa idem tempus itidem *legitimos tutores & curatores* SECVNDVM LEGEM CIVILEM (ait Annalium quidam ſcriptor non ſpernendus) locum habuiſſe: ſed tamen potiorem eorum cauſſam ſemper habitam, quos pater defunctus filiis, aut etiam agnatus & tutor pupillis ſuis ultimo elogio ordinaſſet. Cuius rei exemplum refertur in Ottone Rege Vngariæ & Duce Bavariæ inferioris, qui filium & nepotes ex fratre ſuos civitatibus Landshut & Straubingen decedens commendavit, in tutelam Ludovici Imp. tradendos, neglectis Ducibus Auſtriæ affinibus, quos & ille refragantes armis ſuperavit: & alterum in eiusdem Ludovici F. Ludovico Marchione, qui filium

Henr. Rebdorff. ſub Anno 1362.

And. Presbyt. pag. 71. Et Rebdorff. fol. 422.

MCCCXIII.

filium ſuum Mainhardum Comitem Tirolis, neglectis patruis & matre, educandum commiſiſſe dicebatur quibusdam nobilibus terræ & conſiliariis ſuis, qui & contra voluntatem patruorum illum aliquandiu gubernarunt: donec exortis inde turbis (quibus nunquam ferè iſta tutelæ quæſtio caruit) res aliter Marte fuit deciſa. Cuiuſmodi exempla ſine dubio & plura reperiri poterunt. Quæ ut ſunt omnia notatu digniſſima, ita liquidiùs intelligentur, Lector amice, ſi ad Arborem etiam genealogiæ Palatinæ (quæ ſeparatim excuſa proſtat) ſubinde in legendo oculos reflexeris.

MCCCLXII.

Idem Andr. pag. 84. & Rebdorf. fol. 452.

Digitized by Google

TEXTVS
BVLLÆ CAROLINÆ
Cap. VII.

ET talis ſucceſsio in primogenitis & heredibus Principum eorundem perpetuis temporibus obſervetur: Ea tamen condicione & modo, ut ſi Principem-Electorem, ſeu eius primogenitum, aut filium ſeniorem laicum mori, & heredes maſculos legitimos laicos, defectum ætatis patientes relinquere cõtingeret, tunc frater ſenior eiusdem primogeniti Tutor eorum & Adminiſtrator exiſtat, donec ſenior ex eis legiti-

Digitized by Google

mam ætatem obtigerit: quam in Principe-Electore decem & octo annos completos cenſeri volumus & ſtatuimus perpetuò & haberi. Quam dum exegerit, jus, vocem & poteſtatem, & omnia ab ipſis dependentia, Tutor ipſe ſibi totaliter cum officio teneatur protinus aſsignare.

VERBA TEXTVS BVLLÆ SIGISMVNDI.

ET talis ſucceſsio & devolutio, ne in his committantur errores futuris temporibus, debet (ut præmittitur) in omnibus pręſcriptis & ſingulis, ſine innovatio-

Digitized by

ne perpetuò inviolabiliter obſervari; taliter videlicet, Quod ſi aliquem ex eis modo præmiſſo ab hac luce migrare contigerit, qui maſculini ſexus heredes legitimos laicos poſt ſe relinquat, debitæ patientes ætatis defectum; ex tunc ſenior frater, nepos aut conſanguineus proximior in linea geniture, ſi frater non extiterit eiusdem defuncti, laicus duntaxat, dicti pupilli & juvenis, ad quem præſcripta devolventur, de Jure Tutor eſſe debeat & Curator tam diu, donec debitam pertingat ætatem. Cui etiam juveni, quam cito ad ætatem debitam pertigerit, jus, vocem, dignitatem & poteſtatem

Digitized by Google

prædictæ electionis, ac omnia & ſingula ab eis dependentia, idem Tutor ſine difficultate & renitentia qualibet tenebitur & debebit protinus aſsignare. Ætatem autẽ debitam in hoc caſu, eligendi videlicet Romanorum Regem in Imperatorem promovendum, decem & octo annorum cenſeri volumus & haberi: in Principatibus autem, Ducatibus, & Dominiis aliis temporalibus gubernandis, ætatem obſervandam decernimus, prout à divis Romanorum Imperatoribus & Regibus noſtris prædeceſſoribus eſt ſancitum.

QVOD

QVOD ait, *Si Principem Electorem mori, & heredes maſculos legitimos Laicos defectum ætatis patientes relinquere contigerit*, neceſſariò ita accipiendum eſt, Sine ulla nimirum proviſione ſua de tutelâ. Quam ſi adhibuiſſet, vix jam impuberes defectumque illum patientes reliquiſſe videretur: quia is defectus per idoneam tutoris perſonam ſuppletus eſſet, ut proviſione Legis opus non foret. Semper enim (quod vel Brocardica tralaticiè ingerunt) proviſio & diſpoſitio hominis præcedit & excludit proviſionem Legis: neque hæc ferè locum habet, niſi ubi illa deficit, pactis conventis aut teſtamentis nullis extantibus. Et, Expreſſum facit ceſſare tacitum. Id quod præcipuè in Tutelis locum habet ab omni antiquitate, inde à XII. Tabulis per omnem temporum ſeriem, tam ſtantis Reip. quàm ſub Cæſaribus, & florente jurisprudentia: quo ævo generaliſſi-

Digitized by Google

L. 9. §. 1. D. de tutela act. L. 11. D. de test. tut. mè ſcribit Vlpianus: *Semper legitima tutela cedit teſtamentariæ.* Et, *Sciendum, quamdiu vel ſperatur teſtamentaria, ceſſare legitimam.* quod peremptorium verbum Semper nullum penitus caſum relinquit, ubi teſtamentarium præveniat legitimus. Ne quidem mater aut avia, quarum tamen erga gnatos & nepotes affectus tenerrimos quis neſcit? ita volente *Novella cxviii.* ipſo patre Iuſtiniano. Adeo nihil hoc uno, primo pariter & noviſſimo jure, certius firmiusque habetur. Et multis ante ſæculis Plato, ubi perfectiſſimam felicis Reipublicæ ideam, qualis optari & ſomniari quàm ſperari aut inſtitui facilius poteſt, deſcriptam exhibet; *Lib. 11. de Legib.* hanc juris partem neque omiſit, neque aliter conſtituit. Neque ſanè aliter ipſa ratio & à luce naturæ ſenſus communis dictat. Quis enim non maximè velit ſub exitum vitæ de re- *L. 1. C. de ſacroſ. Eccl.* bus ſuis liberè diſponere? facultate non iterum reditura, & immortalitatis Animæ etiam *Tull. 1. Tuſcul. Tertul. de teſtim. animæ, cap. 4.* apud Gentes argumento certiſſimo. Præſertim verò quis non maximè conſultum cupiat liberis, jamjam relinquendis? Aut quis melius credendus eſt eis conſulere & velle & poſſe, quàm

quàm qui genuit & eduxit? Non ullus Prætor aut magiſtratus: nam is parentum judicium *L.11.D.de confirm. tut.* ſequi jubetur. Ne Lex quidem publica. *& Cod. eod.* Non dicam hoc loco, quàm prudenter ea a- *L.21.de cu-* pud Romanos inſtituerit, ut qui ſperarent ſuc- *rat.* ceſſionem (ait Vlpianus) iidem tuerentur bo- *L.?.D. de* na cum pupillis: quod Soloni certè Athenien- *legit. tutor.* ſium ſapientiſſimo Legislatori quare non placuerit, teſte Laertio, cauſa non eſt obſcura. Hoc dicam. Lex publica utut benè & ſalubriter ordinata, tamen cæcum ſurdumque quiddam eſt & fortuitum, rationem in ſpecie velutique examen non tenens perſonarum, quibus id officii cum fiduciâ poſſit imponi; id quod judicio paterno oculatiſſimo peranxiè diſcernitur. Et quidem vel extraneus pupillum inſtituens & tutorem ei dans, ſuo quo- *L.4.D. de* dam & certo conſilio ductus creditur. Quid *confir. tut.* pater? cuius affectum & στοργὴν nullus alius vincit. *Amiciſſimos*, ait Paulus, *& fideliſſimos* *L.36.D.de* *parentes liberis tutores eligere ſolere*. Legi igitur *excuſ. tut.* hac quidem parte judicium illud paternum, & prudentum ſententiâ, & ab ipſa Lege, meritò longè præfertur: τὴν γὰρ τοῦ τελευτήσαντος

Digitized by Google

βουλησείντε καὶ ἐπιλογὴν, ait Legislatorum alpha Iuſtinianus, προτιμᾶσθαι βουλόμεθα. Imò & aliis in partibus. Quid enim magis certam habet præfinitionem ex Lege, quàm tempus finiendæ tutelæ aut curæ? Tamen & illud à patris potiſſimum judicio pendere non tantum Leges ipſæ ſinunt, ſed & θεόπνευστος ille Gentium Doctor probat, ab eo tanquam certo & quotidiano quodam uſu comparationem ducens: ἐφ᾽ ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ καὶ οἰκονόμους, ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός. Tantum patriæ providentiæ ſimul & poteſtati (in qua nimirum Dei imago relucet) non ſolum politica ſapientia, ſed ipſe Spiritus Sanctus tribuit. Neque verò magis ſive liberorum ſive parentum refert, quamdiu ſub tutoribus ſint pupilli, quàm ſub quibus. Et non dubito inveniri homines, qui prope mallent orbi & ἄπαιδες decedere, quàm liberos relinquere eorum arbitrio expoſitos, quibus minimè vellent. quorum ſanè ſollicitudinem in averſandis non minus quàm expetendis, recuſandis quàm advocandis tutoribus, magiſtratus ſequi itidem legibus jubetur. Adeo vix optan-

d. Novel. CXVIII.

§. ad certum Inſt. Qui dari tut. teſt. poſſ. §. præterea. Inſti. Quib. mod. oſſ. tut. fin. Alciat. 3. Parerg. c. 4.

Ad Galat. 4. v. 1. & 2.

d. L. 21. D. de curat. L. un. C. ſi cont. matr. volunt. tut. dat.

optandi eſſent liberi ſuperſtites, quibus non liceret dè educatione & tutela ex animi ſententiâ proſpicere: adeo vix optanda teſtamenti factio (res quam etiam favor publicus proſequitur) in qua iſta pars curæ paternæ locum non haberet. *L. 5. D. quē. teſt. aper.*

Et hæc ut ſunt apertiſſima, neque melius apud ullum tribunal, quàm ipſam ſani hominis conſcientiam, præſertim qui norit quid ſit patrem eſſe, confirmari poſſunt; ita minimè per Bullæ Carolinæ iſtum locum, quoad Electorum pupillos (quos ſub ILLVSTRIVM elogio eodem jure Cæſares haberi voluerunt) *C. de tut. & curat. illuſt.* mutata aut innovata credendum eſt: uti nec mutata, non dicam nominatim & disertè (quod fieri in abrogando veteri & certo jure ſolet & debet) ſed vel obliquè ullo verbo videmus, nec mutandi ullam cauſam idoneam proſpicere aut ſuſpicari poſſumus. *L. 27. C. de teſtament. L. 32. C. de appell. Gl. in c. cupientes. De elect. in 6.* Et omnino cum micâ ſalis (ut noſtri homines loqui amant) conſtitutio iſta Caroli ſimul & Sigismundi confirmatio accipienda eſt; ut quemadmodum ſua ſingularia & novè ſtatuta habet, neque pauca, neque levia, quæ præter jus com-

mune in iſta Electoria legitima tutela nobis introducit (ſigillatim mox nobis enucleanda) in quibus meritò valere & vigere debet: ita rurſus ultra eos terminos non extendatur interpretatione licentiosâ, neque convellat aut labefactet ea quæ aliâs Tutelarum naturæ ſunt propria, & certiſſimam habent à jure publico ordinationem, heic verò non attinguntur. Veluti, ut Tutor certis cauſis ſuſpectus, itemque à parentibus recuſatus, ad tutelam non admittatur, aut admiſſus removeatur: ut ſalvam pupilli rem fore caveat, & arbitrio boni viri, non pro animi libidine in tutela verſetur: ut teſtamentaria parentum proviſio (ipſo Titulorum ordine deſignata) omni modo præcedat: & ſi quæ plura ſunt talia, quæ heic neque ullo verbo ſunt ſublata, neq; verò tolli ſalva ratione, citra gravem & parentum & ipſorum pupillorum injuriam potuerunt.

At verò dices, Si licere patribus de tutela teſtari nihilominus quàm antea Bulla utraque volebat, cur non uno verbo id exprimebat, Ab intestato, vel Nisi *teſtamentum aliter dat*, aut quod ſupra in limine ſupplebatur,

sine

SINE *alia proviſione paterna?* vel Iuſtiniani verbis, aptiſſimè heic uſurpandis, *τῶν* Teſtamenta*ρίων μόνων ἐπιτρόπων προσλαμβανόντων.* quod ſanè factu facillimum fuerat, & factum fuiſſe magno redemtum vellemus. Neque omiſſum (credo) fuiſſet, ſi cogitaſſet Legislator, unquam aliquem de hoc dubitaturum. Sed quia infectum fieri factum nequit, viciſſim ego neque paullo juſtius ex te, quisquis es, quærere inſtituam: Si ademptam Electoribus noſtris hanc facultatem teſtandi (quæ omni jure, ab omni ævo, apud omnes gentes patebat) alterutra Bulla volebat, cur ipſa uno verbo non id exprimebat? exemplo Feudalis legis, quæ in ſuo foro rem claram fecit tribus verbis: NULLO TESTAMENTO OBSTANTE. Nam illud quidem quod tu requiris, neceſſarium valde non fuit: quia per ſe ſubſiſtit, quod ſtare non prohibetur, Et quod non prohibetur, permittitur. Iſtud quod ego deſidero, erat factu omnino neceſſarium, ut in novo jure & inſolente condendo, ubi uſurpare illud aſperum deinde velis: DURUM QUIDEM, SED ITA LEX SCRIPTA EST.

d. Novellæ 118.

Tit De ſucceſſ. feudi.

L. ult. C. de appellat.
L. 5. D. de probat. §. permiſſum. Inſt. de Tut.

Digitized by Google

L. 13. D. qui & a quibus manumiſ.

L. 17. §. hoc edictum. 26. D. de minur.

est. Et heic locum habet, ſi alibi uſpiam, elegans ſententia Vlpiani, quam in condendis Edictis tenendam monet: *Ea quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, quaſi neglecta videri*. Quid autem notabilius, quid majoris momenti, quid durioris gravaminis eſſe poterat, quàm teſtamenti paterni partem ſanctiſſimam, tutoris dationem reſtringere, & Principi Electori reſtringere? Et hoc non expreſſam ſanctionem merebatur? Imo certè (ſi bene eius ævi morem novi) non ſine prolixa præfatione & ætiologia operoſâ, tam novum jus Cæſares, ſi ullam eius condendi cauſam habebant, in litteras relaturi erant. Quod quia apice nullo hoc loco non dicam expreſſum, ſed tactum eſt, idque in tam diffuſo & ampulloſo ſcribendæ legis genere, ubi otioſorum conduplicatorumque & verborum & ſententiarum tanto major copia exundat, quanto minori litterularum impendio res tanta caveri, & dubietas omnis præverti poterat; quis ſanus credat? aut Imperatori hoc tum in mentem veniſſe, ut teſtamenti factionem ſummè favorabilem, in caſu ſummè favorabili, Electoribus

ctoribus ſuis (quibus auſpicia dignitatis ſuæ debet) velut infra communem privatorum hominum ſortem depreſſis, reſtrictam vellet; aut verò etiam Electores ipſos, condendæ legis primos ſuffragatores, tam duræ & gravi conditioni, ad incredibile ſuum pariter & poſteritatis ſuæ præjudicium, unquam fuiſſe conſenſum accõmodaturos? Ex quibus quidem erant ipſo eo tempore, qui teſtamenta talia magno conſilio jam condita habebant (& ipſe adeò Palatinus, Ludovicus inquam Ruperti Regis F. in cuius gratiam utramque Bullam ſuam Sigiſmundus Rex & Imp. conflavit) & condita ſubinde recondebant, recudebāt, renovabant: quæ & à nemine mortalium impugnata (nedum per Bullas damnata & reſciſſa) ad effectum ſuum ex voto pervenerunt, ut eſt alibi à nobis fuſiùs expoſitum. Et quid, obſecro, melius nos docere poteſt, utrum hanc teſtandi liberam facultatem Electores per Bullam à ſe abdicarint, quàm eorum facta pone ſubſecuta? quando optimus Legum interpres habetur uſus. Quemadmodum igitur ſi mens Bullæ illa fuiſſet, quam ali-

Annis 1413. 1426. 1427. 1436.

L. 37. D de. Legib.

Digitized by Google

qui autumant, à teſtando abſtinere voluiſſent & debuiſſent; ita ſi nihilominus & multo poſt & incontinenti ab eâ conditâ, & liberrimè ſuper tutela ſua teſtati ſunt, & nemo id improbavit aut impugnavit, apparet manifeſtè mẽtem illam minimè fuiſſe. Quid ſi etiam Cæſares ea teſtamenta confirmarunt, & à teſtamentariis eiuſmodi tutoribus electi ipſi creatique Imperatores fuerunt? et viciſſim tutores illi & à Cæſaribus, & à Collegis agniti, omnia electoria munia rite & ordine obierunt? Periculum potiùs foret, ſi qua lex talis unquam fuiſſet, qualis à nonnullis fingitur, ne per contrarium uſum prorſus reſciſſa & abolita haberetur.

Albertus II. 1438. Fridericus III. 1440.

Caſtr. & Dd. in d. L. 37. De Legib.

Sed vivat vigeatque, quam diu hæc machina ſtabit, Lex illa, qualis perſcripta eſt: neque erit quod ſuccenſcamus aut malam gratiam habeamus Sigiſmundo, ob omiſſam illam limitationem, *Si non aliter teſtamento cautum fuerit*, ubi penitius inſpicientes obſervabimus, neque nullam eum huius rei ſignificationem dediſſe, neque ſolum ex Imperatoribus & Legum conditoribus tali ſilentio tam neceſſa-

Digitized by Google

neceſſariam exceptionem diſſimulaſſe. Sigiſmundus igitur non ſimpliciter fratrem aut agnatum tutorem fore dixit, ſed veluti paraphraſten aut gloſſatorem Caroli agens, conſultò addidit, neque otiosè, DE IVRE *tutor eſſe debeat & curator*. quid niſi digitum intendens ad eum caſum, quo juris remedio & proviſione legis opus ſit? quod eſt, ſi teſtamentum paternum non ſit, aliàs utique effectu ſuo non cariturum. Neque enim id fieri non debere, ullo verbo uſpiam tota Bulla innuit; ſed nullum caſum relinqui voluit, ubi etiam patre tacente pupillo tutor deeſſet: at qui tutorem tantùm temporarium, non continuatorem tutelæ & uſurpatorem dominii ageret. Illo igitur caſu quo juris proviſio imploranda eſt, injungit, onerat velutique damnat fratrem aut agnatum (ad pupilli nimirum illius, non tutoris, favorem & commodum unicè intentus Cæſar) ne pupillum illum indefenſum relinquat, néve id quidquid eſt oneris defugiat; ſed ut vel invitus tutor & curator eius « eſſe DEBEAT uſque ad debitam ætatem, quâ « completâ jus omne Electoratus ei TENEA- «

Teutonicè, Durch Recht.

Digitized by Google

» tvr & debeat protinus aſſignare. Hoc nimirum ſolum & unicum (ſi verum amamus) & vult & dicit utraque Bulla, neque aliud præterea quidquam. Non ſtatuit, ut u-
» num huncce Agnatum pupillus pro tutore a-
» gnoſcere, & ſine exceptione ulla irrefragabi-
» liter (etiam paternis Manibus, ut ita dicam,
» reclamantibus) accipere, eique ſe & ſua pro-
» no vertice ſubmittere debeat: neque tu vel adhibitis fidiculis tale quid Sigiſmundo unquam expreſſeris. De pupillo eiuſque officio, verbum nullum. Solummodò Agnato in caſu illo juris neceſſitatem ſuſcipiendæ ad ſuum tempus, tumque iterum bona fide reſignandæ tutelæ imponit: ut ſolus ille in legem hanc peccare, vel non ſuſcipiendo, vel ſupra tempus præſinitum detentando tutelam, & in pœnam incidere poſſit.

Deniq; quod hoc loco De Ivre fieri ſtatuit Sigiſmundus, huic plane geminum germanum eſt, quod olim Impp. Diocletianus & Maximianus Aſclepiodoto cuidam reſcripſerunt: *Ad agnatos* Ivre Legitimo *ſollicitudinem tutelæ pertinere, manifeſtiſſimum eſt*. Si-

L. 2. C. de legit. tutela.

Digitized by Google

eſt. Sigiſmundus ita extuliſſet: *Agnatos* De Ivre *agnatorum defectum ætatis patientium tutores eſſe debere*. Ex quo tamen nemo (opinor) inferet, alium quàm agnatum paterno teſtamento nominari non poſſe: niſi quidem cum inepto illo Prætore, apud Scævolam hoc ipſo nomine ſtuporis & inſcitiæ damnato, ludibrium intelligentibus debere velit. Sed non faciet, qui modò Iuſtiniani Elementa primo ſtudii anno deguſtaverit. Nam & ille ſtatuit: Lege *agnatos tutores eſſe*. Sed quibus? *Quibus teſtamento*, ait, *datus tutor non eſt*. Et iterum: Lege xii. *Tabularum ad tutelam agnatos vocari*: Sed quo caſu? *Ab inteſtato*, ait disertè, *ſi aut omnino non fecerit teſtamentum is qui poterat tutores dare, aut quantum ad tutelam pertinet, inteſtatus deceſſerit*. dicas è Platone expreſſum. ἐὰν ἢ παραλιπὼν μὴ διαθέμενος τελευτήσῃ τις, ἢ τῆς τῶν ἐπιτρόπων αἱρέσεως ἐλλιπής. Quin poterat & hæc quoque verba compendifacere Sigiſmundus, De Ivre, quæ ſubaudituri noſtra ſponte eramus, quamdiu jus vetus & receptum de Teſtamentis, ab eo non expreſsè mutari & antiquari videre-

L. 37. D. de excuſat.

Inſtit. De legit. tut. in pr. & §. 1.

mus: quod neq; ipſe præ ſe fert, neque id faciendi cauſam ullam habet, neque verò ita leviter & obiter velut aliud agendo facere potuiſſet.

Enimverò habemus & alias Cæſarum noſtrorum Germano-Romanorum conſtitutiones, non minus ſolemnes, in publicis Imperii Comitiis promulgatas, ſuper conjunctiſſimâ Tutelis Succeſſionum materiâ; quæ cum Teſtamenti minimè meminerint, eandem tamen exceptionem non tantum facilè admittant, ſed omnino requirant: Maximiliani inquam Auguſtæ Vind. Anno M D. ac Caroli V. Borbetomagi Anno M D X X I. editam: quarum ſumma ita ſonat, à magno viro contracta in hunc modum: Nepotes *neptesq; Avis ſuis in patris matrisve locum, cum eorundem fratribus & ſororibus ſimul ſucceduntο.* Fratrvm *ſororumque liberi, cum Defuncti fratribus & ſororibus ſimul ſucceduntο in ſtirpes. Contrariis conſuetudinibus penitus abrogatis.* Quid audio? Itane nepotes avo, aut ex fratre nepotes patruo & avunculo heredes neceſſarii & æquales ſemper erunt? neque patrifa-

P. Denais. Iur. Camer. Tit. 291.

triſamilias liberum integrumque erit, pro arbitrio aut inæquales inter illos partes facere, aut etiam fratres fratrumve filios in totum præterire? Ita ſanè (diceret aliquis) Lex ſcripta eſt, nec diſtinguens, nec à nobis diſtinguenda; non ſine derogatione, & mandato ad judices ut ita deinceps decernant. Sed benè habet, quod hoc etiam loco DE IVRE communi, ſcripto, Cæſareo ita habere, in textu additum eſt: id quod ignorare nos non patietur, teſtati cauſam integram ſalvamque fore, & exceptam ſemper intelligi, non minùs quàm illam de pacto convento, toto jure frequentiſſimam, NISI ALIVD PACTVM FVERIT vel CONVENERIT. Idque fit utrumque interpretatione minimè audace aut violenta, ſed facili, percommoda, juri & æquo ſummè conſentanea; atq; ideo frequenti & conſueta, imò perpetua, ordinaria, ſolemni, & pro expreſſa ſemper habenda, etiam ſicubi in textu Legis fortè deſideretur. Neque enim ſemper tam enixè & (penè dixerim) anxiè, cautio illa de excepta TESTATI cauſa poſita reperitur, ut quodam loco à Iuſtiniano,

Vulgò dicimus: Ding bricht Recht.

Digitized by Google

Novella. XXII. niano, in graviſſima lege multorum capitulorum ſub ipſum initium præſtruitur; *ὥστε ἅπαντα ὁπόσα ὁ διατιθέμενος διατάττοι περὶ τῶν τοιούτων, εἴτε ἀνὴρ, εἴτε γυνὴ καθεστήκοι, ταῦτα κρατεῖν. νομοθετείτω μὲν γὰρ ἕκαστος ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ τὰ εἰκότα, καὶ ἔστω νόμος ἡ τούτου βουλή.* et Legem illam ſuam tantum in inteſtati caſu locũ habituram proteſtatur, *εἰ δὲ μηδὲν ὁ διατιθέμενος εἴποι ἢ διατυπώσειεν, τηνικαῦτα ὅδε ἡμῖν ὁ νόμος κείσθω.* Sed & ſi per feſtinationem adeoq; oblivionem omiſſa foret, nihilominus in omnibus legibus aliis & ſemper poſita tacitè intelligitur. Auſim dicere, penè pro ſuperflua Legiſlatoribus noſtris habitam, neque dignâ quæ ſemper nominatim inculcetur; ſed perinde indifferenter modò appoſitam, modò omiſſam: utpote quæ per ſe nunquam non inſit, nuſquam non ſe ingerat ipſa, & ſua ſponte in omnium animis ſubnaſcatur. Atque ita (ne longiùs abeamus) Maximilianus & Carolus V. in duobus illis capitibus eam ponere non curarunt. Idem Carolus octennio poſtea in peculiari & nobili illa deciſione tertii caſus, de ſucceſſione patruelium, Spiræ Nemetum edita,

vel po-

Digitized by Google

vel potius Caroli formularius aliquis paullo e-
munctioris naris, eandem non omiſit, tamen
uno tantùm verbo, nec niſi ſemel aſpergere
contentus: **Wann einer unteſtirt abſtirbt.** Idem-
que Summator fideliter repræſentavit: *Conſobrini, Patrueles, Amitini, nullo exiſtente Defuncti proximiore, eius ad ſe delatam hereditatem* AB INTESTATO *partiuntor in capita. Contrariæ conſuetudines faceſſunto.* Quod ut nihilo
ſeciùs in prioribus duobus capitibus Maximi-
liani & Caroli V. ſupplendum, ſubaudien-
dum, ſubintelligendum palam eſt; ita idem
Carolo IIII. & Sigiſmundo (quorum qui-
dem minus cultis temporibus quidvis condo-
nandum eſſet) benigna interpretatione non
gravatim accommodabimus, ſi veteris certi-
que juris rationem incõvulſam tueri velimus.
Tantum abeſt ut violatæ Legis dicam formi-
demus, quæ nulla comparet. Imo unica &
prima Lex eſt, ubi tabulæ teſtatrices non ra-
ſæ, non cancellatæ neque vitiatæ extant, eas
vim Legis obtinere. *Vti quiſque legaßit ſuper pecunia tutelave ſua*, ITA IVS ESTO: ἔϛω

Digitized by Google

νόμος ἡ τȣ́τȣ βȣλή. Et hanc ipſe ſibi Octavius Auguſtus alicubi indixit,

-----ſuprema voluntas
Quod mandat, fieriq; jubet, parere neceſſe eſt.

Deníque, ut nominatim ad rem noſtram ſtatuit Plato, *ἡ τῶν ἐπιτρόπων αἵρεσις κατὰ τὰ γραφέντα γιγνέσθω κυρία.*

SINGULARIA.

QVid ergo heic novi ſancitum, dicet aliquis, quod non prius fuerit? aut quid opus erat iſta Bullæ proviſione de Agnatis, quos aliàs jure communi & à Lege vocari nemo dubitabat: ſi non hos ſolos & perpetuò Tutelam iſtam obtinere voluit? Imò verò opus erat vel maximè, ſi non ad aliud, ſaltem ut ſciremus, Matris aut Aviæ (quæ jure Iuſtiniani perhonorificè & enixè ad tutelam vocantur) nullas heic partes eſſe, in hac tutela Electorali. Quod jus ut ſumma ratione ſubnixum, & ad avertenda multa incommoda comparatum, ita præ aliis nationibus Germaniæ noſtræ pro-

Auth. Matri C. quan. mul. tu te. offic. Novella. CXVIII. cap. 5.

Singulare I.

ſtræ proprium & ſingulare obtigiſſe, grato animo agnoſcere fas eſt. Quid enim in amica & ſorore eius Gallia? *Quod ſi Rex inteſtatò decederet* (ait eruditus & gravis ſcriptor) *vetus eſt querela, an mater, an uxor, an proximi præferantur? Quæ quia nunquam niſi vi & tumultu finita eſt, cur eam jure & Legibus definiremus?* At nos in noſtro Imperio rem clarè deciſam habemus & ſervamus. Sed ſunt præter hoc ſingularia & alia complura, eaque valde notabilia, & tot ferè quot verba, præſertim ſi Sigiſmundi contextum inſpiciamus: qui cum caput iſtud Bullæ Carolinæ velut ex profeſſo melius & clarius facere ſtuduerit, commodiſſimum fuerit illius verba cum Carolinis conjungere, & ſimul utriſque enucleandis operam impendere.

P. Ærodius Quaſt. Andeg. lib. IIII. Pandect. Tit. 19 De Tutel. cap. I.

ex tunc ſenior frater] Non ergo fratres aut conſanguinei omnes, ut eodem gradu poſiti, ſecundùm jus civile; neque plures ex iis, majorennes & idonei: ſed unus & ſolus inter hos SENIOR. Sano conſilio vitandæ diſcordiæ. Quia omnis poteſtas impatiens conſortis: εἷς κοίρανος ἔστω.

L. 9. D. de legit. tutel. § cum antè. Inſt. de cap. demin. Novel. 118. c. 2.

SING. II.

Frater] hunc ſolum poſuerat Carolus. Sed ſubaudiendus eſt neceſſariò etiam *Fratris filius*, quando & Nepoti locum dat Sigiſmundus. Idque etiam exemplum Rupertorum ſenioris & junioris (ut qui fratris eius filius erat) inter quos ita convenerat, *ut alter alterius liberorum tutor foret*, à Carolo Imp. ipſo anno editæ Bullæ confirmatum, ſatis evincit. Sed quid ea conventione opus fuit (dicet aliquis) ſi jure Bullæ recenter latæ tutela alterutri ſuo caſu jam competebat? quæ paciſcendi cauſa? Quæ, niſi quod & teſtandi facultas utrique competebat? Ne itaq; teſtamento alter alteri tutelam interverteret, viſum illis pacto reciproco ſe invicem obſtringere. Quod notandum. Heic verò Fratri Sigiſmundus & alios Agnatos adjungit, ex mente præſumta (ut puto) ipſius Caroli, & juris communis tramites ſequens.

MCCCLVI. die S. Iohan.

Nepos] Vbi Fratris filius, de quo modò dictum? Subaudiendus itaq; hoc quoque loco. Sed ſcrupulus hic mihi, & nubecula ante oculos, an & per rerum naturam caſus hic contingere poſſit, ut fratris primogeniti filio

ſecundo-

Digitized by Google

ſecundogeniti nepos per ætatem tutor idoneus exiſtat? Rarum contingens, vix ſingulis ſæculis, ſi poſſibile. Itaq; *Nepos* fortè hic accipiendus pro ipſo fratris filio, quem & *Nepotem ex fratre* Latini dicunt. Imò & quid ſi NEPOTEM paullo laxius, minus propriè accipiamus, non tam pro genito ex fratris filio, quàm agnato alterius gradus, qui tamen defuncto junior fuerit? quæ vulgaris hodie eſt ſignificatio vocis Neue, extantis hoc loco in exemplari Teutonico: Neue oder negſte Mag/ *Nepos & conſanguineus* ait, non, *aut conſanguineus*, quaſi συνώνυμα & cognata jungens. Quam quidem interpretationem *Nepotis* nemo mirabitur, aut duram putabit, qui obſervabit Sigiſmundum noſtrum ingreſſu huius Bullæ pari acyrologia Ludovicum Palatinum terque quaterque *avunculum ſuum* vocare, qui erat veri avunculi eius pronepos; itemque Rupertum præſeniorem vocare *patruum* eiusdem Ludovici, qui erat frater proavi illius. Quæ nominum cognationis confuſio & improprietas eo ævo non fuit infrequens, aut in vitio habita. Quis autem ho-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Chronic. Bavar. pag. 151. diè ferret Livium noſtrum Boiorum, qui Philippum Palatinum Friderici Bellicoſi *avunculum* vocat? quem *aviaticum* meliùs dixiſſet, quippe ex fratre nepotem.

Sing. III. *Conſanguineus*] Agnatus nimirum, *è linea genitura & paternali*, ut mox ſubiicit. Excluſis igitur cognatis, qui aliàs jure civili noviſſimo agnatis exæquati; adeo ut cognatus gradu proximior agnato remotiori in tutela præferretur. *L. 1 & Auth. Sicut C. de legit. tut. Novel. 118. cap. 5.*

Proximior] non addit, *et Senior*. Fieri enim poteſt, ut in linea iſta & ordine geniturae (quam vocat) proximior ſit natu minor aliquo in ſecundo ordine ſecundogenitorum: cui tamen nihilominus præferretur. Inter fratres tantum ſenior præfertur, inter agnatos cæteros proximior. Supplendum tamen eſt neceſſariò (quod neutra Bulla expreſſit) proximiorem iſtum ſaltem annos legitimæ huius ætatis completos habere debere, neq; ipſum tutoris curatoriſque egere. Vt hoc quoq; argumento appareat, non verbis ſolis Bullarum inhærendum, ſed interpretationem Iuris aſſumendam. *Arg. L. ult. in pr. C. de legit. tutela. Weichbild. artic 49 §. 1.*

Digitized by Google

in linea genituræ] Supra dixit, *ordine genituræ*, item, *è linea paternali*: quæ omnia eodem pertinent, ut ſolius lineæ primogeniti, quæ pro tempore fuerit, ratio habeatur; ſecundogenitis cum ſuis liberis ſemper locum cedentibus, etiamſi gradu propiores aut ætate potiores forent. Idque eſt vel maximè à jure communi alienum, quod ſolius gradus rationem ut in ſucceſſionibus, ita & tutelis perpetuò habet. Saxonicum etiam proximiorem ſemper agnatum vocat, ſed gradu. Hîc autem ſola ſors illa naſcendi dominatur, & primogeniti non tantum perſona, ſed & linea (diverſâ omnino à Maioratu, quem vocant, conditione) eximiâ iſta prærogativa gaudet.

SING. IIII.

Specul. artic. 23. Weichbild. artic. 49.

Laicus duntaxat] Hoc quoq; Sigiſmundus de ſuo addidit, & Carolo, & juri communi, quo non legi Clericos à tutela propinquorum arceri. Imo quid magis ad ſollicitudinem Antiſtitum pertinere debet, quàm viduarum, orphanorum, mente laborantium, & eiuſmodi miſerabilium perſonarum cura? Itaque Concilio quodam Chalcedonenſi, Cleri-

SING V.

L. 19 & 20. C. de Epiſcop. aud. L. ult. C. de curat. furio.

Clericus non omnino excuſatur à tutela quæ Legibus obvenit. Et nimis durum videtur, quod in cauſa Geminii Victoris preſbyteri, qui teſtamento Geminium Fauſtinum preſbyterum tutorem nominaverat, à Cypriano in Concilio Chartaginenſi fuit reſcriptum.

dicti pupilli] Sed & cæterorum eius fratrum & ſororum natu minorum, donec iſte primogenitus legitimam attigerit ætatem. De quo infra.

Sing. VI.

et juvenis] poſt pupillarem ætatem uſque ad annum XVIII. & quidem eo uſq; vel inviti: licet jus commune minori invito Curatorem non obtrudat, ſi non à mente aut moribus laboret. Signanter autem dicitur Ivvenis, qui vulgo *Minor:* quomodo & Caius uno loco quater *Iuvenem* pro minore uſurpat. Andronodorus tutor ex teſtamento Hieronis Syracuſii, cæteros tutores ſubmovens, apud Livium, Ivvenem *iam eſſe dictitat Hieronymum (erat autem XV. tunc fermè annorum) ac regni potentem.* Suaves autem Longobardi veteres, qui ad eam uſque ætatem

§. Item inviti. Inſt. de Curator.

L. 27. §. ſi pecuniam. D. de minor.

T. Livius Decade III. Lib. 4.

tem

tem XVIII. annorum juvencos ſuos INFANTES dicebant, ut in eorũ Legibus multis locis legitur. Plus eſt quod Hieronymus notat alicubi: *Nec miremur Barbaram linguã habere proprietates ſuas, cum hodieq; omnes filii vocentur* INFANTES. A quo loquendi uſu hodiernos *Infantes Hiſpaniarum* quidam non ineptè deducunt. Sed & *Rupertum* (fuit is primogenitus Regis cognominis) *Clementis infantem* in Archivis legi, quo tempore ſponſalia eius cum Catharina Caroli Galliæ Regis filia pangebantur.

Quæſt. in Geneſin.

Anno 1379.

Præſcripta devolventur] atque adeo jam devoluta ſunt, juris effectu, exercitio eorum & uſu apud Tutorem verſante. In Teutonico exemplari heîc eſt: An den Jungen ſolich erbe vnd würdigkeit gefallen iſt. Largiter igitur errant, & neſcio an non aliquid maius Tutelâ & ſublimius affectare videantur, qui ſcribunt, Electoralem Tutorem jus electionis cum officio ſive connexis proprio jure ex Bullis habere, non tutorio nomine, vel ratione tutelæ aut curæ: Electoralem verò heredem, nullum tale jus, nullam eius proprietatem, vel

Digitized by Google

„ actu vel potentia, ut nec nomen ELECTO-
„ RIS habere, donec ipſi legitimam ætatem
„ aſſecuto ea omnia à Tutore aſſignentur, qui
„ eatenus jus in illis quæſitum habuerit. Quid ad hæc Paulus Iuriſconſultus? *Tutor*, ait, *qui tutelam gerit, quantum ad providentiam pupillarem, Domini loco habetur:* id eſt, ut ipſe alio loco exponit, *eandem diligentiam circa adminiſtrationem rerum pupillarium, quam paterfamilias rebus ſuis ex bona fide præſtare debet.* Imò quid Paulus Apoſtolus? *Heres quamdiu puer eſt, nihil differt à ſervo, cum ſit* DOMINVS OMNIVM, ΚΥΡΙΟΣ ΠΑΝΤΩΝ ὢν: *ſed ſub tutoribus & actoribus eſt uſque ad tempus quod pater præſcripſerit.* Ille ergo verè Dominus eſt, & jus omnium ad eum jam eſſe devolutum teſtatur Sigiſmundus: Tutor autem nonniſi vicariam rebus pupillaribus, & ſic alienis, operam & miniſterium accommodat: reſtituturus ſuo tempore omnia, die er (verba ſunt Caroli) alz ein Vormunde ingenummen hat. Quibus quid clarius?

L. 27. & 33. D. de adminiſt. & peric. tut.

Ad Galatas cap. 4.

DE IVRE] Teutonica Bulla (utroq; enim idiomate hanc Sigiſmundus perſcripſit,

utram-

utramq; in membrana, ſignaculo aureo penſili ornatam) heic habet, Durch Recht. Sed tanti fuerit, locum iſtum ſemel totum adſcribere ex Archetypo ipſo Chryſobullato, qui ita habet: Vnd ſoliche nachfolge vnd anfalle ſollent alſo / als oben geſchreben ſteet / vnuerandert ewiglichen gehalten werden / Alſo ob daz were / das eniche Pfaltzgraue by Rine vnd des heiligen Rychs Ertztruchſeß / von todes wegen abginge / vnd eliche erben Mansgeſchlecht Leyen hinder ime ließ / die noch nit zu iren tagen komen weren / ſo ſal der eldeſte Bruder / Neue / oder nechſter Mag / des / der alſo von todes wegen abgangen iſt / ob derſelbe auch keynen Bruder gelaſſen hette / deſſelben Kindes oder Jungen / an den ſoliche erbe vnd wirdickeid gefallen iſt / durch Recht fürweſer vnd furmunder ſin / alslange biß das dazſelb Kind oder Junge zu ſinem rechten alter komet. Vnd alsbalde es darzu komet / ſo ſal ime der furmunder ſoliche recht / ſtymme / wirdikeit vnd macht der vorgeñten Kure / vnd aller ander angefallen rechte / ane allerley widderſprach / gentzlichen abetreden / vnd jme die ynneantwurten / ane alles verzichen. Vnd wir haben ſoliche recht alter / eynem Romiſchen Künige zukunftigen Keyſer zuerwelen / geſetzt / daz daz achtzehen jare ſin ſollen. Aber Hertzogthum / Fürſtentum / vnd ander werntlich Herſchafft zuuerweſen / wollen wir daz ſoliche alter gehalten wer-

de / als von unſern Vorfaren Römiſchen Keyſeren und Künigen darzu geſetzt iſt/ꝛc. Vbi Durch Recht quid eſt, niſi per legem, ſcilicet ab inteſtato? ut in Ordinatione Imperii Politica anno M D X X X X V I I I. publicata, Das ein ieglicher Vormunder / er ſey gleich in Teſtamentsweis verordnet / oder durch das Recht / oder Richter gegeben &c. Quorum duorum locorũ comparatione quid clarius? Sed accedat his etiam tertius, in quo velut ſpeculo nitidiſſimo hanc interpretationem oculis cernamus, & indubitanter recognoſcamus. Eſt autem illud Saxonicum, ita habens Articulo x x i i i. *Vbi filii inennes exiſtunt, agnatus expeditorias accipit res, & in his eorum uſque ad annos pubertatis tutor erit.* Quo loco Gloſſa annotat, *Quod tutoria legitimorum triplex invenitur. Prima quæ* De Iure *fit, ut eſt agnatorum, qui ex parte gladii ad id nati ſunt, neceſſarioq; tutelam acceptant, ut Inſtit. de legit. agnat. tut. §. quod autem. Secundò fiunt ex fide, quia fidit ſibi teſtator, & committit tutoriam* &c. Quod ideo etiam adſcripſi libentius, ne quis teſtamentariam tutelam Saxonibus ignotam putet: cum quidem ſupra eam agno-

in Teutonico eſt, Von Recht.

agnoſcant & Fiduciariam, qua pater vivus & valens ſuo arbitrio liberis tutorem coram judicio dare & conſtituere poteſt. Quam & ipſam prævalere volunt Legitimæ agnatorum tutelæ, ut docet memorabilis Gloſſa ad hanc rem noſtram unicè faciens, & quaſi data operâ ad hunc nodum ſecandum comparata, quæ ait: *Iure & conſuetudine poteſt unus tutores pueris eligere ſuis, omiſſo agnato vel conſanguineis, quibus* DE IVRE *incumbere deberet tutela.* Quid præterea? *Et ut ſic, omiſſus agnatus nihil ad tutoriam habebit.* Addit deniq;: *Et ut ſic, electi tutores per ſententiam eligendi neceſſariò veniunt, qui & confirmari debent.*

ad Weichbild. Artic. XXVI. editionis Zamoſcianæ. fol. 608.

in Germanico, von Rechtswegen.

eſſe debeat] Hoc eſt quod è Saxonico modò attulimus: *Tutelam de* IVRE *agnato incumbere.* In Germanico eſt: Die Schwertmagen müſſen zu Recht Vormunder ſein. Item, *Agnatos eam tutelam neceſſariò acceptare.* quod ita redditur: Die von Schwerthalb dazu geborn ſind / Dieſe müſſen bei pflicht Vormunder ſein. In caſu nimirum juris: ita ut viciſſim in caſu teſtamenti vel fiduciæ, alio electo ipſi nihil ad tutoriam habebunt: So ſol der Schwertmag

Digitized by Google

der Vormundſchafft nicht gewaldig ſein. Hoc igitur Saxonibus jus eſt: qui quidem cum eandem Bullæ legem à Sigiſmundo Imp. pro familia ſua Ducali impetratam habeant, (*Auream Bullam ſpecialem* ipſi vocant) eius expoſitionem, ſicubi ſenſus laboret, unde potius quàm ex iſto ſuo jure vernaculo eos petituros putemus?

et Curator] Carolus dicit, *Adminiſtrator*. Octavius Auguſtus olim, *Rector*. Suetonius in eo: *Rectorem quoq; ſolitus eſt apponere Regibus ætate parvis, ac mente lapſis, donec adoleſcerent aut reſipiſcerent*. Vnus ergo & idem tutor ſimul erit & curator, ἐπίτροπος καὶ οἰκόνομος, ut D. Paulus vocat. Hoc quoque novè, cùm jure civili tutelæ officio defunctus, à curatione eiusdem ſe excuſare poſſit, etiam teſtamento datus. Hic verò Electoralis adminiſtrator curam cum tutelà per quadriennium continuat: tantùm uſurpator dominii eſſe vetatur.

Sing. VII.

L. 16. D. de excuſat. L. 20. C. eod. §. qui tutelam. Inſt. eod.

Adminiſtrator] non tantum educator pupilli Electoralis, gubernator terrarum & ditio-

ditionum feudorumq; Electoralium, ſed & ipſius Electuræ (ſi caſus ferat) geſtor vicarius, & creando Cæſari ſuo loco & ordine ſuffragator digniſſimus. Cuius rei exemplum dedit inſigne Otho Moſbacenſis à Ludovico Clementis F. tutor datus Ludovico juniori eius filio, à quo durante tutela electus eſt Anno MCCCCXXXVIII. Albertus II. & poſtea Fridericus III. Imperatores. Ex quo conſequens eſt, eundem Tutorem à cæteris Coelectoribus, Rhenenſibus primùm in conſortium Circuli (quem vocant) Electoralis Rhenenſis, dein ab univerſis in arctiſſimum illud fœdus & Vnionem Collegii Electoralis eſſe recipiendum: et pro tali porrò à cæteris Principibus & Ordinibus Imperii agnoſcendum. Quod & totum in eodem Othone eo modo ſervatum legimus. *Chronic. Bavar. pa. 144.*

Exiſtat.] ait Carolus, id eſt, ipſo jure ſit neceſſarius tutor, itaut & remotis excuſationibus & ſubterfugiis quibuſcunque tutor curatorque eſſe debeat (ut Sigiſmundus ait) & teneatur: et eo idoneo exiſtente, in illo caſu juris & inteſtati, non dativus alius ſit quærendus.

Digitized by Google

dus. Non igitur petere à Magiſtratu ſuis parvis propinquis tutorem debebit (quod Ius commune requirebat, inteſtato nimirum patre, & matre etiam in petendo ceſſante) ſed ſeipſum offerre, & confirmationem ſui petere. Secundum formam quam tali caſu non ineleganter præſcribit Gloſſa juris Saxonici, in hunc modum: *Tutoria ſi ex morte alicuius unicedit, is per ſententiam juris ſe intromittere debet: demandabitq; Iudex eidem, ut pupillos protegat & tueatur, donec adoleverint.* Et alibi: *Tutela omnis à Iudice vel ab officio authoritatem habet ſuam. Vnde ſi tutela alicui incumbit per mortem agnati vel alterius amici, Conſules civitatis adire debet, pupillos per manum adducendo, defectumque pupillorum exponere, & quod tutela eum concernat declarare, offerendo ſe; Si & in quantum mater puerorum admittere tutoriam vellet, curaret facere in tutoria id quod verum decet tutorem* &c.

SING. VIII.

L. 2. D. & L. 10. C. qui pet. tutor. L. 6. C. de ſuſpect. tut. Novella. 118. cap. ult.

ad Weichbild. *Artic. 26. & 49.*

Donec debitam] Carolus ait, *Donec Senior ex eis legitimam ætatem attigerit.* Quid ergo de cæteris natu minoribus filiis fiet? quæret aliquis. Sed convenit (ut video) ex verbis &

verbis & mente utriuſque Bullæ, illos quoq; in ſenioris ſui fratris, jam legitimæ ætatis effecti, tutelam recaſuros. Idque congruit cum jure communi, in legitimo nimirum & dativo tutore, non item teſtamentario, cuius officium in cæteros pupillos, uno eorum majorenne facto, nihilominus perdurat: idque vigore & perpetuo favore προθεσμίας paternæ, cui ſemper (ait ibi Vlpianus) cedit legitima tutela. Quam diſtinctionem tamen Bulla heic non habet. Illud autem hoc loco novè & ſingulariter contingit, quod novus hic Elector præter jus commune ante XXV. annos, ut aliis ſublimioribus muniis, ita & tutelæ fratrum ſuſcipiendæ idoneus habebitur. Sed quando iſtorum minorum filiorum tutela & cura finietur? quæret non abs re aliquis: ſiquidem in ſolo Principe Electore ætas legitima hac Lege aliquot annis contractior conſtituitur.

L. 9. §. 1. D. de tutelis. L. 3. C. de teſtam. tut.

SING. IX.

SING. X.

L. 5. C. de legit. tut.

ætatem legitimam] Sigiſmundo *debitam*. Octavio Aug. *adultam*. Teutonicò ehlich mündig alter. Ehelich eſt Legitimus: Ehe / Lex: de quo alibi.

Digitized by Google

Quam in Principe Electore] Teutonico: Das an einem Churfürſten ſein ſoll. In Confirmatione illa tranſactionis inter Rupertos eodem anno MCCCLVI. data, Carolus aliquoties hoc in abſtracto (ut vulgo loquuntur) effert, An der obgen. Kure/ Et mox: Wanne wir dieſelben Jare zu der Kure zu einem elichen mündigen alter gemachet haben. id eſt, ad Electoratum ipſum, à quo quidem ditiones & provincias Electorales nuſquam ibidem disjungit: ſed ut ex toto contextu clariſſimè apparet, ſub nomine Der Khure (quo etiã hodie hoc ſenſu utimur) comprehendit ſimul terras & vaſallagia, & Principatum denique totum cum dependentibus, utpote in quo & in cuius poſſeſſione jus ipſum Electionis eſt fundatum (ut ipſe Carolus ſancivit) & de quibus inter Rupertos illos non minus, ſed imò multo magis, quàm de jure ſuffragii in eligendo Rege erat controverſia. Idque obſervatum mirificè adjuvat & confirmat noſtram ſententiam, quam olim in exponendo iſto Sigiſmundi loco tum temporis in controverſiam vocato, liberè expoſuimus. Sigiſmundus enim qui nihil Carolinum

Chur-Pfaltz. Chur-Sachſen.

Bullæ. cap. VII. & XX.

Orat. II. *in Natalem* XVIII. *Friderici* IIII. *pag.* 64. & *ſeq.*

linum hac parte abrogavit, aut abrogare voluit, idem omnino cum Carolo voluit illis verbis: *In hoc caſu, eligendi videlicet Romanorum Regem in Imperatorem promovendum:* et ab iſta facultate eligendi, facultatem etiam ditiones ArchiPalatinas poſſidendi & gubernandi non ſeparavit; ſed ab ALIIS (ut diſertè loquitur) *Principatibus, Ducatibus & Dominiis temporalibus gubernandis*, nimirum non Electoralibus, illam Electoralem nominatim ſeparavit & diſtinxit. Quod eſt ſummè notandum. Et ſententiam illam noſtram ipſo eventu feliciter cõfirmatam, quum Princeps ille meus biennio poſt, anno ſuæ ætatis viceſimo, à Cæſare Rudolfo in Comitiis Ratisponæ Anno MDXCIIII. habitis, ſolemniter de toto Palatinatu & Electoratu inveſtiretur (non obſtante controverſia à Propatruo Richardo Duce inutiliter motâ) meritò mihi gaudeo, & ſeriò triumpho.

Decem & octo annos] Maximum & ſummum omnium ſingulare, ætas legitima in perſona Electoris, ad munus publicum gerendum ſimul & res ſuas curandas, ſeptem totis SING. XI.

Digitized by Google

annis vulgari prætoriâ contractior, & ad plenam pubertatē Exepheborum redacta. Longobardis etiam olim ſolennis. De qua non repetam olim fuſiùs diſſertata. Atque ita nec veniam quidem ætatis, viceſimo anno impetrabilem, petere neceſſe erit. Et hanc ætatis certam perpetuamq; definitionem Princeps ſtatuit Carolus, cum antea id jus circa Electorales pupillos diu incertum fluctuaſſet, & ſatis diverſimodè aliquando per Statuta (quæ vocant) Familiæ, aliquando per diſpoſitionem & προθεσμίαν paternam, modò viginti anni, modò aliter pro ſufficienti & juſta ætate definirentur. At hanc ſanctionem Carolinam ſequutus eſt ſtatim uterque Rupertus (uti dictum) Carolo ipſo laudum interponēte: Sigiſmundinam verò ipſe Ludovicus Bullæ impetrator, in ordinando Ludovico juniori filio ſuo tutore Othone Moſbacenſi ad eam uſque ætatem, ut alibi attigi: et hic ipſe Ludovicus junior poſtea in conſtituendo tutore filio ſuo Philippo, cuius ita meminit eius ævi ſcriptor Trithemius: *Moriturus Princeps Chriſtianiſſimus fratri ſuo Frederico filium ſuum unigeni-*

Sing. XII.

L. 2. C. de his qui ven. ætat. Caſſiodor. lib. 7. cap. 40.

Orat. 11. pag. 37. & ſeq.

Genealogia Bavaro-Palatina. p 34.

unigenitum Philippum, annum duntaxat ætatis habentem, uxorem chariſſimam, ac terram omnem commendavit: ita ut cum Philippus annum XVIII. attingeret, ei paternum principatum & dominium, tanquam legitimo heredi, ſine contradictione reſtitueret.

Completos] aut certè mox complendos. Exiguum enim tempus (ut bimeſtre) in conſiderationem non venit. Id enim juris vtriuſque cenſura pro modico habet. Quod argumentum nobis olim totam priorem Orationem occupavit.

L. 2. C. de ſecund. nupt. L. 19. C. de legat. o. t. Extravag. De auctor. & uſu pall.

Oratione 1.

Dominiis temporalibus] Habent enim Eccleſiaſticæ dignitates ſuum quoddam, & privum jus, & ad ſuum forum pertinens. Tit. *De ætate & qualitate ordinandorum.*

omnia ab ipſis dependentia] quæ illa? Quæ niſi quæ idem Carolus in Laudo illo ſuo exprimit? Alle Lande / Herſcheffe / Wirdekeit / eren / vnd ander Rechten / nutzen vnd zugehörungen / die er als ein Vormunde ingenummen hat. quem locum eximiè huc facientem, additum vellem iis quæ olim hanc in rem dixi. Sed accedat & alius

Digitized by Google

d. Orat. 11 pag. 29. & 35. paulo recentioris memoriæ, in teſtamento Ducis Iohannis Simerenſis Anno MDLIII. Da aber derſelbig ſein gebürend alter bekommen/ ſoll vnſer Sohn alsdann williglich abſtehen/ vnſerem Encfel das Churfürſtenthum mitt Landen vnd Leütten wider einantwortten/ vnd ſeiner Regierung gebürlich Rechnung darumb zuthun ſchuldig ſein.

protinus aſsignare] Sigiſmundus enixiùs: *ſine difficultate & renitentia qualibet tenebitur & debebit protinus aſsignare.* Carolus etiam in Laudo: Zuhand ſoll er an alle widerred/ fürzog oder hindernizze abdretten/ vnd jm die antwortten an geuerde. Hoc opus, hic labor eſt, tutelam iſtam non tantum cum laude geſſiſſe, ſed & (quod non minoris laudis fuerit) peractam ſuo tempore bona fide reſignare, dulce onus libenti animo deponere, & Domino locum dare. Anaxilaus Meſſenius Rheginorum tyrannus decedens, cum parvulos relinqueret liberos, eos Mychito ſperatæ fidei ſervo ſuo cõmendavit. Is ex teſtamento tutelam ſuſcepit, imperiumq; tam clementer geſſit, ut Rhegini obliti dignitatis ſuæ à ſervo regi non dedignarentur. Perductis ad ætatem pueris, & bona

bona & imperium reddidit: ipſe parvo viatico ſumto profectus eſt, & Olympiæ cum ſumma trãquillitate conſenuit. Quanto laudabilius quàm Polymneſtor, qui cõcreditum ſibi Polydorum Priami F. auri gratia necavit. At quanto plus regnum, quàm aurum? Et

---quid non mortalia pectora cogat
Regni ſacra fames? Eaq; ipſa cauſa fuiſſe creditur tutelæ curæque potentum arctius cõtrahendæ, & quantocyus finiendæ. Quod obſervatum video Nomiſtorico ſcriptori Gallo eruditiſſimo: cuius verbis, quantum ad hanc rem pertinent, commentationem iſtam claudemus: parilem judicandi candorem à conjunctiſſima natione ſcriptis noſtris viciſſim ſperantes.

PETRVS ÆRODIVS QVÆSITOR ANDEGAVVS, IN PANDECTIS rer. judicatar. lib. IIII. Tit. XIX. De tutelis, cap. I.

QVid ergo? Tutela Regum non finitur pubertate? Equidem: & in iis hoc amplius obſervatur, ne recidant in curationem; non fiduciã ætatis, ſed aliorum dominandi libidinis vitandæ cauſa.

Apud

Apud nos placuit ſub Carolo V. ut quanquam noſtris legibus, more ſucceſſionum Regna transferantur (valet enim hac conſtitutio ad bella evitanda) bimeſtriſque tam jure optimo Rex ſit, quàm qui plena pubertate eſt: attamen Diadema non imponatur, priuſquam Rex annum XIIII. attigerit; poſtea Regio nomine, ſed ex conſilii ſententia omnia fiant. Ante verò pubertatem ſi quaratur, quis jure adminiſtret? Sic poteſt (ut opinor) definiri; Vt ſi Rex defunctus teſtamento aut alia legitima voluntate pronunciaverit, quem tantæ Curationi præfici velit, id proculdubio valeat. NB. *Dagobertus Rex noſter cum moreretur, Chlodoveo II. neglecta matre tutorem dedit Maiorem Palatii. Ludovicus IX. uxore prætermiſſa, quandiu peregrè abeſſet, Abbatem S. Dionyſii juſſit vice ſua imperare. Quod ſi quis inteſtato decederet, vetus eſt quæſtio, an mater, an uxor, an proximi præferantur? quæ quia nunquam niſi vi & tumultu finita eſt, cur eam jure & legibus definirem? Certè Aſcanius Aeneæ F. uſque ad puberem ætatem in tutela muliebri fuit, inquit Livius. Macedones contrà, muliebre imperium non ferebant. Itaque hac quæſtio eſt temporum, & locorum. Sed quod Carolo Simplice mortuo, cùm Ludovicum IIII. impuberem reliquiſſet, Rodulphus Rex interim dictus eſt, non debet trahi ad exemplum: id enim factionibus, non jure accidit.*

NOTÆ

NOTÆ ET ADDITIONES.

Ad Pag. 2. *Plato*] Cuius verba hæc ſunt: ὧδ' ἂν ἐπιτρόπων οἱ παῖδες δέονται, ἐὰν μὲν διαθέμενος τελευτᾷ, καὶ γράψας ἐπιτρόπους τοῖς παισὶν ἑκόντας τε καὶ ὁμολογοῦντας ἐπιτροπεύσειν, οὕστινας καὶ ὁπόσους ἂν ἐθέλῃ, κατὰ ταῦτα τὰ γραφέντα ἡ τῶν ἐπιτρόπων αἵρεσις γιγνέσθω κυρία. ἐὰν δὲ ἢ τὸ παράπαν μὴ διαθέμενος τελευτήσῃ τις, ἢ τῆς τῶν ἐπιτρόπων αἱρέσεως ἐλλιπὴς, ἐπιτρόπους εἶναι τοὺς ἐγγύτατα γένει πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς κυρίους &c. Quod Marſilius Ficinus ita reddidit: *Si cui liberi tutoribus indigent, & idem moriens teſtamento tutores, quoſcunque & quotcunque velit conſtituerit; qui tutandi officium ſuſcipere velint, ita fiat ſicut deſcripſerat. Sin verò vel inteſtatus natura conceſſerit, vel tutores non conſcripſerit; qui genere proximi ſunt, duo ex parte patris, duoque ex parte matris, atque unus ex mortui amicis, tutelam ſuſcipiant.*

Ibid. *Quis non maximè velit.*] imò etiam debeat, ſi qua eum ſuæ poſteritatis & ſuorum cura tangit, liberorum inquam, conju-

gis, propinquorum, ſubditorum, amicorum. Neque humanum hoc præceptum, aut Rationis, aut etiam Charitatis, ſed ipſius Dei. Ita enim Ezechiæ Regi lethali ulcere percuſſo, & vitâ deſperatâ, per Eſaiam Prophetam denunciavit Dominus: DISPONE DOMVI TVÆ, *quia morieris*. Ad quem locum Gloſſa ordinaria: *id eſt, fac & ordina teſtamentum tuum*. Et Vatablus: *Præcipe domui tuæ, id eſt, da mandata de domo tua, vel hominibus domus tuæ, ſive domeſticis, quid velis fieri poſt mortem*. Atque ita interpretati ſunt tam antiqui Patres, Græci & Latini: quàm recentiores interpretes utriuſque religionis pleriq; omnes, quos conſulere Lectori liberum eſt. Quod ſi ea cura incubuit Regi tunc temporis orbo (ut Ioſephus auctor eſt, & ex eius Threno ſive Cantico apud Prophetam colligitur, quippe Manaſſe poſt triennium ab eius reconvaleſcentia nato, ut Hieronymus annotat) quid par fuerit facere patrem, pro pietate & ſollicitudine paterna, ſuper educatione tutelaque filiorum, & rectura populi à Deo commiſſi, quis non videt?

II. Reg. 20. II. Paralip. 32.

Ieſaia. 38.

Ibid.

Ibid. *Immortalitatis animæ*] Tam altè impreſſa fuit animis etiam Paganis iſta ſollicitudo, utrum teſtamenta ſua exitum ſortirentur, ut iis neglectis & reſciſſis putarent ipſos defuncti cineres violari & offendi. Valerius Maximus: *Itaq; plus illi in judicio cum excellentiſſimi viri gratia, quàm cum parentis cineribus negocii fuit*. Et alibi: *Cineres fraternos quietos eſſe paſſus eſt: et erant ab eo inſtituti heredes alieni & humiles*. Propertius: *Lib. VII. cap. 7. & 8.*

Hos tibi commendo communia pignora natos.
Hæc cura & cineri ſpirat inuſta meo.

Pag. 7. *apud omnes gentes*] An & Germanos? quæret aliquis, cui lectus Tacitus, in Germania: *Heredes ſui cuiq; liberi: et nullum teſtamentum*. quod accipiendum, nimirum liberis extãtibus. Non tam vult dicere, Germanos artem illam teſtamenta ordinandi, codicillos, ſubſtitutiones, fideicommiſſa condendi, & hæc vel voce nuncupandi, vel tabulis commendandi, & clauſulis ſuis variè condiendi, adhibitis etiam juriſperitis (quod Teſtatorum aliquis apud Scævolam *Miſeram & nimiam diligentiam vocat*) totàm denique *L. 88. §. ult. D. de legat. 2.*

Digitized by Google

illam teſtamentorum *obſervationem multis vigiliis excogitatam* (ut Iuſtinianus ait) *atque inventam*, & adhuc magis magiſque excultam, ignoraſſe: quamvis & hoc verum ſit: Quàm hoc notat, Romanis eos hac quoq; parte opponens (ut toto libello factum in Comment. ad eum noſtris oſtendimus) artes illas peſſimas teſtamenta captandi, teſtatorum voluntates provocandi, legata & fideicommiſſa eblandiendi; quin & teſtamenta ſupprimendi, ſupponendi, falſificandi, internecina faciendi (quæ omnia Romæ frequentiſſima, & vel Satyricis paſſim decantata) apud Germanos prorſus exulaſſe. Si liberos haberent, rationem naturalem ſequutos (quæ quaſi lex quædam tacita liberis parentum hereditatem adiiciat, velut ad debitam ſucceſſionem eos vocando) de teſtamento non cogitaſſe: Orbis & apædibus non captatores aliquos, (ut Romæ) ſed fratres, patruos, avunculos, veluti pro ſuis & neceſſariis heredibus extitiſſe. Quis autem credat, ita barbarè ſtupidos fuiſſe, ut nullam unquam ultimæ ſanæque voluntatis teſtationem, aut ſaltem inter liberos aliquam diſpoſitionem facerent?

L. 35. in pr. C. de inoffic. teſt.

L. 7. D. de bon. damnat.

Pag. 9. *Teſtamenta conſilio condita*] In quibus inter alia memorabile eſt, conſultorem adhibitum fuiſſe Rabanum Epiſcopum Spirenſem, genere equeſtri de Helmſtat oriũdum; eundem qui & condendæ Bullæ Sigiſmundi tùm Regis anno MCCCXIII. teſtis interfuit. Plura de conſilio & eventu illius Ludovici teſtamentorum, è modernis Electoralium ſcriptis cognoſcere licet.

Kurtzer Bericht, *pag. 12. & ſeq.*

Ibid. *à nemine impugnata*] nedum expugnata. Vbi ullum præjudicium videmus, legimus, audimus, quo ritè ſcripto tutore depulſo, agnatus aliquis tutelam contra tabulas obtinuerit? Nam quod de Ludovico juniore Pii F. dicto Placido affertur, eum Philippo filio tutores ordinaſſe Moguntinum & Wirtenbergicum, ſed Fridericum fratrem jure propinquitatis prævaluiſſe; id ego neq; conteſtatus (ut loquuntur) uſpiam ſum, neque ſcire aut conteſtari potui, neq; etiamnum verum credo, neq; ullum rei veſtigium apparet. De Friderico quæ certis auctoribus tradita habui, libello ſingulari conſignavi. In quibus quia illud de Tutoribus fraterno teſtamento

datis non habetur, repudiatum à me credi poterat. At Leonhardum (dicitis) qui id pro comperto tradit, nobis dediſti. Num & fidem eius uſquequaque præſtare teneor? Grave mihi onus, & humeris meis majus; præſertim quoad res Rhenenſes & Palatinas, in quibus (exempla paſſim occurrunt) non rarum illi hallucinari & falli. Sufficiat in Livio illo Boiorvm (quo eum elogio Aventinus honeſtare dignatur) collatis exemplaribus edendo integrè, Reipublicæ non inutilem operam navaſſe, meamque in inſtauranda patria Hiſtoria fidem magnis viris, atque ipſi ante omnes Sereniſſimo Boiorum Duci aliquatenus probaſſe. *Veritatem* interim *rerum erroribus geſtorum* (i. actorum, ut vulgo loquimur, ſive ſcriptorum) *non vitiari*, ſcitis ab Vlpiano tradi rectiſſimè. Neque ego ipſius Titi Livii Patavini, Romanæ hiſtoriæ parentis, nedum Bojicorum illorum Liviorum Andreæ & Leonardi, commentarios periculo meo eſſe velim. Nec tanti mihi fuerit eos cum tineis blattiſque belligerantes, ut de ſervatis ſcilicet civibus corollam merear, periculo

Chronico Bavar. pag. 146.

Lib. VII. Anal. Boior. fol. 652. & 658. editionis Baſil. 1580.

L. 6. §. veritas. D. de offic. Præſidis.

Digitized by Google

riculo interitus liberaſſe. An verò monendi à me demum eſtis, ſcriptis Monachorum & Clericorum (quorum ſolis manibus tractari, per aliquot ſæcula fatum fuit Hiſtoriæ) qua diſcretione & circumſpectione fides ſit adhibenda? nimirum ut plerunq; è fabellarum & nugarum congerie quoſdam auri grumos, velutique è ſterquiliniis gemmas eruamus. A quibus Annalium ſcilicet conditoribus ut dolus & fallendi propoſitum abfuerit, certè civilium rerum ſolida cognitio, conſiliorum & eventuum variorum cum circumſtantiis ſcientia & noticia non fuit exigenda. Audite magnum in eo ordine virum, de ſe hoc fatentem: *Præcipuè gloriam nobis parvam ab Hiſtoria petere fixum: quia per homines* CLERICALIS *officii temerariè noſtra, jactanter aliena, præterita infructuosè*, PRÆSENTIA SEMIPLENE, *turpiter falſa, periculosè vera dicuntur*. Si ille vir in luce clara verſatus, rerum ſui ævi & ſoli non plenam cognitionem ſibi arrogat; quid obſcuriſſimi alii homines in clauſtris, mandris, lauris ſuis reſides? Veſtra igitur, non mea culpa fuerit, ſi eiuſmodi dubiæ ſub-

Sidon. Apollinar. lib. IIII. *Epiſt.* 22.

biæ ſubleſtæque fidei ſcriptoribus, ſemiplenè & perfunctoriè res magnas tractantibus, fidem vel ſemiplenam nimis facilè tribueritis; ubi præſertim contrarium aut per alios auctores graviores, aut indubitatis documētis Scriniorum publicorum, conſtare credibilius videtis.

Pag. 10. *Et nemo id impugnavit*] Cedò unum exemplum ab omni antiquitate, ante vel poſt Bullas natas, quo teſtamentario tutori legitimus de tutelæ ſive onere, ſive honore controverſiam fecerit, litem moverit; & ipſe appetens huic reluctanti, & fidem teſtatori datam ſervanti, ope judicis tutelam extorſerit. Plus dico (idq; ſummè notandum cenſco) nuſquam legiſſe toto jure, nuſquam alibi, quod pro tutela adipiſcenda aliquis unquam uſpiam vel Principi ſupplicaverit, vel Prætorem tutelarem adierit, vel Iudicis officium imploraverit; nedum quod ab alio quietè tutelam gerente apud recuperatores eam ceu rem mancipi repetierit. Pro defugienda quidem plures & diverſæ cauſæ, prætextus, colores quæſiti: nonnulli etiam falſis allegationibus,

C. de excuſ. tut. Et tit. ſeqq.

Digitized by Google

tionibus, aut corruptis ſuffragiis uſi. Pro obtinenda verò, nullum genus actionis proditum, nulla uſitata formula, nullum juris remedium comparet. Niſi quod pupillo tutore carenti (inteſtato nimirum patre, & matre etiam in petendo ceſſante) agnati proximi petere tutorem, atque etiam tutore excuſato, vel ob ſuſpicionem rejecto aut rejiciendo, alium tutorem à magiſtratu petere jubentur: non ſibi tutelam protinus depoſcere & arrogare, nedum uſurpare & invadere. Et quo rogo vultu, quàm propitiis auribus Prætor accepturus videtur novum poſtulationis genus, hactenus in foro & apud judicum ſubſellia inauditum: *Conſtitue me huic tutorem; hæc mihi tutela vero, unico, neceſſario Tutori debetur, vel contra tabulas?* qui affectationem, captationem tutelæ quamvis in ſiniſtra ſuſpicione habet. Imò ſumma cautio Magiſtratibus præſcribitur, ut ambientes & ingerentes ſeque ultro obtrudentes à tutela quanto longiùs arceant. Διὰ πάντως (ait Modeſtinus libro ex profeſſo de re Tutelari ſcripto) καὶ μάλιστα τοῦτο παρατηρέτωσαν οἱ ἄρχοντες, μὴ χειροτονεῖν

L. 2. D. & L. 10. C. qui petant tutor. L. 6. C. de ſuſpect. tut. quæ de patruo & propatruo ſunt.

L. 21. D. de tut. & cur. datis.

τοὺς βουλομένους ἐπιτρέπειν ἑαυτοὺς ἵνα χειροτονήθωσιν. Néque enim tutela eſt jus aliquod (ut quibusdam videri poſſit) proficuum, emolumenti & commodi plenum, habens reditus ſuos & compendia varia, dignitatem & honorem; quodque ſit in bonis Tutoris, atque ideo perſecutione dignum: ſed eſt potius (ſi rectè conſideremus) munus & officium publicum, ad *L. 1. D. de tutel.* ſalutem alienam curãdam & tutandam comparatum, pupillis (quorum rationem haberi publicè intereſt) inſerviens: & invitis etiam imponendum. Omnium autem munerum publicorum ambitus pravus eſt & improbus, *L. tria onera. 3. & 5. D. de excuſat. L. 2. C. de legit. tut.* legibus adverſus. quid tutelæ? quæ (ſi quod aliud) onus eſt & ſarcina gravis, plenum curæ & ſollicitudinis, & *periculoſæ plenum opus aleæ*. Neque de tutelæ jure & cõmodis quidquam in Iure habetur: tantum de periculo tu-
» torum, de rationibus reddendis, de Tutori-
» bus eorumque fidejuſſoribus & magiſtratibus conveniendis. Atque ideo ſapienti longè fugienda, deprecanda, devitanda potius videtur quàm appetenda. Quod ſi quis appetat, quomodo non prodit, ſe eam pro honore non onere,

onere, pro beneficio non officio habere? De quo audiamus quid judicet Iuſtinianus: Ὁρῶμεν τοὺς κηδεμόνας, ὅσοι θεοῦ μνήμην ἔχουσι, πρὸς κηδεμονίας δυσκόλως ἰόντας. τοῖς γὰρ πολλοῖς, ὅσοι βούλονται τὰ τῶν κηδευομένων ἀσεβῶς εἰς ἑαυτοὺς τρέψαι, τὸ πρᾶγμα ἐρασμιόντε καὶ ἐπίδεσμόν ἐστι. Digna verba, quæ Prætor Tutelaris in atrio ſuo cubitum longis litteris aureis proſcribat. *Novella LXXII. cap. 6.*

Pag. 13. *apud Scævolam*] Sunt qui eam Scævolæ legem maximè noſtræ parti ſuſpectam & exoſam putent; quam ego ſummè amicam & favorabilem judico: neque ſcopulum ibi, ſed portũ nos habere docebo. Tutor teſtamento datus apud Prætorem tutelarem excuſationem allegavit trium liberorum; juſtam & ſufficientem. Sed περιέργως & ſuperfluè adjecit, pupillo inſuper patruum eſſe, & ſic legitimum tutorem: & quia (ex tritiſſima juris regula) tutorem habenti tutor dari non poſſit, vitiosè ſe tutorem datum. Et tamen *nemo patruus impuberi tutor* erat, ait Scævola: id eſt, vel nullus ei patruus vivebat, vel tutelæ ſe non miſcebat, præſertim extante teſtamento. Quid Prætor? Superſedens inqui-

Digitized by Google

C. ſi falſ. al-leg. excuſat.

rere, & an tres illi liberi viverent, & an huic patruus, iſq; idoneus foret, & ſic de tota quæſtione facti (ex quo tamen jus oritur) incertus & ignarus, ſatis & præcipitanter & ineptè decrevit: *Si legitimum tutorem habenti tutor datus es, non eſt tibi neceſſaria excuſatio*. Quo uno decreto videamus quot modis peccaverit, ſupra quod (uti modo dictum) neceſſariam in facto informationem omiſit, & ſic circumventus ex falſa cauſa neſcio quid decrevit. Primò, non reſpondit ad id quod principaliter quæſitum erat, An petitor ut pater trium liberorũ excuſandus eſſet? et deluſum errantemq; dimiſit illum, *quod ſe* (ut Scævola poſt ait) *pro jure trium liberorum, quod allegabat, excuſatum crederet*. Vnde is errore ductus, & ſententiæ adquieſcens (quæ tamen eum nullo verbo fecerat excuſatum) in gerenda tutela ſuo periculo ceſſavit. Secundò, prodit ſe putaſſe, ſi patruus ſupereſſet, eum continuò tutorem pupillo fore: quod tamen multis modis fallit, ſive excuſare ſe ille poſſit, ſive ob ſuſpicionis cauſſas admitti non debeat, ſive aliàs idoneus non videatur. Tertiò non intellexit

tellexit illam regulam, *Tutorem habenti tutor dandus non eſt*. Deceptus etiam ambiguitate verbi, HABENTI. Patruum enim habens, non ſtatim & tutorem eum habet: quādo patrui & propatrui officium eſt, fratris filio & nepoti tutorem antè petere, quàm ſeipſum tutelæ immiſcere, & decretum magiſtratus, num ipſe tutelam ſuſcipere debeat, expectare. Quartò, erraſſe videtur gravem & pudendum illum juris errorem, quaſi patruo exiſtente pater alium remotiorem vel extraneum tutorem ſcribere non poſſit. quem piget amplius attingere. Denique (quod eſt graviſſimum illud *vitium pronunciationis*, & nullam ſententiam reddens) incertam ſententiam dedit, quod neque Iudicem neq; Arbitrum decet. Quid enim ineptius tali conditione: *Si debes, ſolve?* vel Claudii Cæs. oraculo ex tabella pronunciato: *Secundum eos ſe ſentire, qui vera propoſuiſſent*. Et hoc feciſſe Prætorem Romanum! Iam non miror à Paulo dictum: *Prætor quoq; jus reddere dicitur, etiam cum iniquè decernit*. Et à Claudiano: *improba quamvis gratia fallacem Prætoris vicerit vrnam*.

L. 6. C. de ſuſp. tutor. *L. [illegible] C. qui pet. tutor.*

L. 21. §. 3. D. de recept. arbitr.

Sueton. cap.

L. 9. D. de juſt. & jure.

Digitized by Google

Ne pagellæ reliquæ vacarent, viſum eſt apponere complures & conſonas utriuſque Religionis Scriptorum expoſitiones ad hanc rem pertinentis loci Prophetici: DISPONE DOMVI TVÆ.

LVCAS OSIANDER, DOCTOR THEOLOGIÆ, Aulicus Concionator Wirtenbergenſis, & Eccleſiaſticus Conſiliarius Stutgardiæ, in ſuis Bibliis.

In cap. 38. Ieſaiæ ad verba illa: *Hæc dicit Dominus: Diſpone domui tuæ*: hoc eſt, Conde legitimum teſtamentum, & ſingula diſpone, ut heredes & miniſtri tui ſciant, quid poſt mortem tuam fieri velis. *Quia morieris tu ex hoc morbo & non vives diutiùs* &c. Decet enim pium patremfamiliâs, ut ante mortem res ſuas ſic diſponat (quoad eius fieri poteſt) ne heredibus lites aut confuſionem in adminiſtratione Reipublicæ aut Oeconomiæ relinquat.

ANDREAS HYPERIVS THEOLOGVS MARpurg. in Ieſaiam.

Cæterum videre licet, non eſſe alienum à pietate, rem domeſticam ordinare, teſtamentum condere, atque ita ad moriendum, reddendamque Deo animam ſe componere.

GLOSSA INTERLINEARIS.

Diſpone] quis in regno ſuccedat.

HAYMO EPISCOPVS HALBERSTATENſis in Eſaiam. lib. 2.

Diſpone domui tuæ] id eſt ordina qui tibi ſuccedere debeat in regnum.

HIERONYMVS OSORIVS LVSITANVS, EPIſcopus Silvenſis, paraphraſi in Eſaiam, textum illum ſic reddidit.

Verſ. 1. Accidit eo tempore, ut Ezechias periculoſo atque mortiſero

tifero morbo vexaretur. Venit autem ad illum Ieſaias filius Amos Propheta, Deique nomine eum admonuit, ut teſtamentum faceret, familiæque ſuæ proſpiceret. futurum namque, ut ex eo morbo minimè convaleſceret.

FRANCISCVS FORERIVS, DOMINICANVS Vlyſſiponenſis, S. Th. Profeſſor, & Concionator Regius, In caput 38. Ieſaiæ.

Diſpone] צַו aliquando Hebræis idem valet quod Latinis commendare, ordinare, decernere: ut 2. Sam. 17. *Iehova ordinavit, ut labefactaretur conſilium Achitophel.* &c. Hîc conſtruitur cum lamed, quod interdum valet, de, ut dicere poſſis: *Diſpone de domo tua, de rebus tuis & de tua familia* &c. idem, quod nobis teſtamentum condere.

EMANVEL Sà, D. TH. IESVITA, IN Notationibus ad 20. cap. 4. Reg.

Præcipe] ſcilicet quæ velis poſt mortem fieri.

CONRADVS PELLICANVS in caput 38. Ieſaiæ.

Præcipere domui, eſt conficere teſtamentum de ſæcularibus negotiis, quo minus poſt obitum lites emergant, ob relictas divitias & poſſeſſionum jura. Hoc enim Domino jubente debent homines etiam pii.

IDEM PELLICANVS IN EANDEM Hiſtoriam, ut eſt 2. Reg. 20.

Qualis autem morbus, incertum ut ſit, tamen conſtat lethalem fuiſſe, de quo deſperáverit ſine miraculo convaleſcere, Propheta dicente: *morieris & non vives*: jubenteque ut domui provideret, teſtamento conficiendo.

RVDOLPHVS GVALTERVS HOMILIA PRIMA IN Hiſtoriam de morbo Ezechiæ regis &c.

Vt autem moribundus ſeſe eò alacrius ad hoc iter inſtruere poſſit, neceſſe eſt, ut ante (quemadmodum Propheta regi Ezechiæ mandat) res ſuas, quoad negotia domeſtica, opes, liberos, & alia diligenter curet,

curet, atque integris adhuc viribus & ſenſibus ultimam ſuum voluntatem ingenuè aperiat, teſtamentumque quàm optimâ ratione condat. &c.

Et Postea

Quoniam Devs ipſe mandavit, ut quiſque ante obitum ſuum teſtamentum condat, & quibus hereditatem ſuam conferri velit, decernat: par eſt, ut Chriſtiani diligenti eius habita ratione, nemini temerè ultimam ſuam voluntatem irritam reddant, & teſtamenta ab honeſtis hominibus præmeditatè atq; ſano conſilio condita obſignatáve, non ſine gravi ac perneceſſaria cauſa reſcindant & mutent &c.

Henricvs Bvllingervs, Homilia cviii. in Ieſaiam. fol. 182.

Quid porrò egerit (Propheta) cum ægroto rege, conſequenter eſt inſpiciendum. Principiò mandat ei, ut condat teſtamentum. Locutio enim eſt, *Manda domui tuæ*, pro eo quod eſt, diſpone res familiæ tuæ & regni tui omnes. Requiritur enim à quolibet noſtrûm, ut moriturus aut graviter decumbens, maturè teſtamẽtum condat &c. Etenim ſi inteſtati moriamur, & res noſtræ ſint implexæ, plurima mala relinquimus heredibus noſtris. Proinde ſtudium juſtitiæ & beneficentiæ, atque adeò ipſa pietas, jubent nos in tempore & maturè, ſimulatque nos morbus aliquis invaſerit gravior, rebus proſpicere noſtris.

Iohannes Wolfivs, in 2. Reg. 20.

Iubet Ieſaias teſtamentum facere &c. *Nota*. Wolfius hac occaſione ſumptâ ibi totum locum communem de teſtamentis prolixè tractat: & multa ad noſtrum caſum accommodatè dicit.

Wolfgangvs Mvscvlvs, in caput 38. Ieſaiæ.

Præcipe domui tuæ] Rex erat, nec habebat liberos, quibus legitimâ ſucceſſione deberetur regnum. &c. Quare admodum neceſſarium videbatur, ut de rebus regni domui ſuæ præciperet. Et pertinet hæc cura communiter ad omnes patresfamiliâs, ut morituri diſponant de rebus ſuis, ne quid poſteris ſuis vel damni vel rixarum per negligentiam poſt mortem ſuam relinquant.

Oecolam-

OECOLAMPADIVS in caput 38. Ieſaiæ.

Præcipe domui tuæ] Dicens, *domui tuæ*, valdè perſtringit cor Ezechiæ adhuc carentis prole, eo quod extranei eius heredes futuri erant. Ita & Abraham conquerebatur, dicens: *ecce vernaculus meus heres erit.* Gen. 15. Colligitur hîc; deficientibus filiis, hereditatem heredibus conſignandam, ne qua inter illos ſuboriatur diſcordia. Ita Abraham Iſaac deſignavit heredem, filiis autem ancillarum adhuc vivis, diſtribuit munera.

IOHANNES CALVINVS in caput 38. Ieſaiæ v. 1.

Cæterum obiter hîc videmus à Domino probari, quod ſemper apud omnes homines uſitatum fuit, nempe ut morituri mandata dent propinquis aut domeſticis, atque de familia ſua conſtituant.

VICTORINVS STRIGELIVS in caput 20.
lib. II. Reg.

Deinde quod ait Propheta Ieſaias ad Regem, *Diſpone domum tuam*, id hanc habet ſententiam: Fac teſtamentum & alia, quæ facere ſolent vocati ad vitæ exitum.

IOHAN PISCATOR in lib. II. Reg. c. 20.

Da præcepta familiæ tuæ] Heb. Præcipe domui tuæ: nempe de illis rebus, quas fieri velis poſt mortem tuam.

Digitized by Google

ANALECTA, SIVE NOTÆ QVÆdam ſuis locis inſerendæ.

Pag. 11. De Ivre] Inde & Ivsta *hereditas*, quæ jure legitimo defertur, & directò opponitur ei quæ teſtamento obvenit: quo extante nullus ei locus, cui juſta deberetur, etiam ex contractu. in caſu *L.3. §.2. D.pro ſocio.*

Pag. 9. *Privatorum hominum*] Non dicam ingenuorum,ſed vel libertorum, de quibus præter locos Iuris Civilis, elegans eſt ille Salviani Maſſil lib. III. contra Avaritiam: *In uſu quotidiano eſt, ut ſervi etſi non optima, certè non improba ſervitutis, Romanâ à dominis libertate donentur: in qua ſcilicet & proprietatem peculii capiunt, & jus teſtamentarium conſequuntur.* Et mox iterum: *Domini arbitrium teſtamenti faciendi dant libertis: tu tollis liberis.* Excipit ibidem Latinos Iunianos, infimum libertorum genus, quibus negatum (ait) ultimæ voluntatis arbitrium. Quod & ipſum tandem Iuſtinianus in melius æquius mutavit. *Inſtit. De ſucceſſ. libert. C. de Lati. libert. tollen.*

Pag. 15. Lin. 14. legendum, *Niſi aliud actum, pactum, conventum fuerit.* In quam rem non poſſum omittere inſigne exemplum, quo huic Bullæ, etiam quoad ſucceſſionem Electoratus, primogeniti voluntate & pacto derogari potuit: Iohannis nimirum Brandeburgici Friderici Electoris F. quod eleganter litteris mandavit Æneas Sylvius Senens. Epiſcop. *lib.* 11. *Parallelor. Alfonſin. cap.* 30.

Ibid. lin. 2. *textu Legis*] adde, *vel Statuti, aut Conſuetudinis etiam.* Video enim D D. nominatim tradentes, Statutum volens, *Quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant*, exaudiendum eſſe cum hac limitatione; Si ab inteſtato deferatur ſucceſſio, non ſi ex teſtamento. Item ſi extet conſuetudo, *Quod coniuge ſine liberis defuncto, ſuperſtes coniux in omnibus ſuccedat*, probandam ei fore & conſuetudinem hanc, & cauſam inteſtati. *Bald. in L. 1. verſ. Alio ſtatuto. C. de legit. hered. & in L. 28. C. ad Leg. Iul. de adult.*

P. 23. *Laicus duntaxat*] Eadem eſſe debet qualitas Tutoris Electorii, quæ Electoris. At Clericus ſive Eccleſiaſticus, etſi Princeps natus, Electoratum ſecularem gerere non poteſt, jure Bullæ Carolinæ. Cuius rei elegans & notabile exemplum de Rudolfis ſeniore & juniore Ducibus

Ducibus Saxoniæ, quod contigit in electione Ludovici Imp. Bavari, obſervare licet apud Henric. Rebdorfium noſtrum Annali MCCCXIII.

P. 38. *protinus aſſignare*] Sed et hoc pacto & conventione diverſa poſſe mutari, quis dubitet? ſi vel exemplum Friderici Bellicoſi conſideret, cum ſuis utique circumſtantiis. De quo alibi plura non tralaticiè annotavimus.

Pag. 42. *par facere patrem*] exemplo patriarchæ Iacobi, qui inter filios varia diſpoſuir ultimo elogio; Ioſepho prælegatum dedit; de funere ſuo cavit, idem de tutela dubio procul facturus, ſi non filij omnes jam adulti fuiſſent. *Geneſ. cap. 48. & ſeqq.*

Pag. 48. *Plus dico*] Dicam etiam aliud, idque veriſſimum. Cùm adverſus teſtamenta, utut favorabilia, tamen quatenus inofficioſa aut iniqua aut minus legitima, complura tentari poſſint, & jure obtineri: nuſquam tamen lectum vel auditum, quod ob tutelæ cauſam ab aliquo, qui in ea ſcilicet præteritus aut aliis poſtpoſitus eſſet, impugnatum nedum judicis ſententia reſciſſum fuerit.

P. 45. *quod de Ludovico juniore*] Potuiſſet quidem & exemplum tutelæ Meinhardi Ludovici Marchionis F. hîc allegari: in qua cócurſus fuit legitimorum & teſtamentariorum: & quidem illi hos eliſerũt; de quo Andreas Preſbyter teſtatur, & fuſiùs liquidiusq; Henr. Rebdorfſius Annali MCCCLXII. Sed neque conſtat, Teſtamentum ibi fuiſſe rite conditum, aut fiduciam legitimè conſtitutam; & rurſus apparet, rem inter partes non viâ judicii ſed facti, non ex juris arte ſed Marte fuiſſe decîſam. In quo genere ſæpe locum habet illud Lucanicum:

Victrix cauſa Deis placuit, ſed victa Catoni.

Digitized by Google

Digitized by Google